

fratres ex bonis communibus per text. in c. 1. de bon. frat. & glo. in c. 1. §. Cum vero Cou. adu. alias. Et quia vidimus, in verb. Nominativ. de his qui feud. dar. gloss. Alvarot. ibi n. 9. vers. Oppon. Berous conf. 113 n. 43. in 2. vol. Ludovici Roman. in l. fin. C. Quando non per. par. pet. accresc. n. 41. vers. Aut hoc non convenit. Sed huiusmodi limitatio nunquam traditur a Doctoribus in emphyteu. Quamobrem dubitare, an in ea quoque sibi locum debeat vendicare.

23 Pro opinione affirmativa adducitur Bart. in l. Si mihi, & Titio n. 4. ff. de verb. oblig. duas ad solvendas plures questiones circa jus accrescendi in emphyteu. adducit ex loquentes de feudis, quasi sentiat, quicquid in feudis de iure accrescendi est dispositum in vobis feudorum, habere etiam locum in emphyteu. in omnibus, & per omnia, & ita Bartol. sentit interpretatur Caltr. d. l. Si mihi, & Titio, n. 3. Corbul. post Salic. in tunc caus. privat. ob lit. finit. n. 119. Evertard. in loco de feudo ad emphyteu. n. 19. ubi Cyn. & Alber. in hanc sententiam citat: & in hac materia juris accrescendi validum esse argumentum de feudo ad emphyteu. tradit Jac. in ead. l. Si mihi, & Titio, n. 12. vers. primum fundamentum, & Bald. conf. 250. in ip.

24 Considerandum, n. 2. in 2. vol. Quae opinio quoad casum nostrum confirmari potest. Nam quamvis valde sit controversa ea questio, An iura feudalia possint allegari in alijs materijs, & praesertim in emphyteu. ad decisionem causarum, quam latissime examinat Jac. in l. 1. C. de iure emphyteu. n. 57. & Evertard. in loco supra cit. tamen non videtur dubitandum, quod allegari possint quociescunque sunt fundata in iura, & naturali ratione, ut per Jac. in d. l. n. 60. Evertard. ibid. n. 44. Roman. conf. 112. n. 4. ubi Apostilla, in verb. Validum, alios citat. At vero ratio, propter quam jus feudorum disponens, ut in feudo empto a fratribus simul habitantibus ex communi pecunia habeat locum jus accrescendi, ea est, quam ibi in prim. reddit Bald. scilicet quia simul cohabitantes consensit sibi invicem prospicere, & auxiliari: & ideo quisque illorum videtur velle, ut alter sibi sine prole decedenti in feudo succedat. Hae ratio est plane iusta, & naturalis; & ideo ab hoc iure in iusta, & naturali ratione fundato ex supra dictis argui potest ad emphyteu. Contrarium tamen, videlicet huiusmodi limitationem non procedere in emphyteu., probari videtur,

25 quia de feudo ad emphyteu. secundum communem sententiam non licet arguere in casibus, in quibus obstat regula, vel dispositio juris communis, ut conciliando opiniones declarat Alex. in l. Divortio, §. In feudum, n. 3. ff. de solut. matr. Et hanc opinionem testatur esse communem Apostilla ad Roman. in d. conf. 112. in verb. Validum. Quin vero hoc casu obstat regula juris communis, non est quod dubitemus, cum in contractibus, ut est emphyteu., non habeat locum jus accrescendi, d. l. Si mihi, & Titio, ubi DD. Quia ratio ne Ludov. Roman. in l. fin. C. quando non per. par. pet. accresc. n. 33. vers. Non obstat tertium fundamentum, scribit in materia jus accrescendi non procedere argumentum de feudo ad emphyteu. Quod confirmatur ex Bald. in auth. Quia ruitas, C. de sacros. Ecclesis, dum querens de iure accrescendi in emphyteu., utitur argumentis de ductis ab ipso iure accrescendi, non autem a iuribus feu-

domum, ut animadvertit Caltr. d. l. Si mihi, & Titio, prope fin. vers. Bald. aut. cum. Idem sentit videtur Alex. in d. l. Si mihi, & Titio, n. 11. & 15. in fin., ubi expressè confutat doctrinam Bartoli arguentis de feudo ad emphyteu. Quibus possum etiam adiungi multi Doctores, & praesertim Raphaeli Coman. & Imol. relati ibidem per Alex. num. 15. qui in illa questione, An inter fratres descendentes a primo investito habeat locum jus accrescendi? assentiuntur Bartolo propter quartam rationem ab eo traditam, improbatam primis tribus, inter quas erat ratio illa, quod ita erat decisum in feudis per iura feudalia. Quam rationem cum impugnent, satis ostendunt se non putare in hac materia juris accrescendi rectè argui a feudo ad emphyteu. Idemque sentit videtur Bald. in d. l. unie, C. quando non per. par. pet. accresc. n. 30. ubi omnibus rationibus Bartoli in eadem questione juris accrescendi reprobatis, eidem opinioni, quam Bartol. tuerit adherendo, rationem aliam deducit, quae non ex iure feudorum, sed ex communi iure civili depromitur. Accedit quod cum Doctores exactè, & distictè tam quoad feudum, quam quoad emphyteu. casus omnes proponant, eos decident, in quibus jus accrescendi locum habet, vel non, inter quos pra. alijs diligenter, & prolixè materiam hanc profertur Roman. in d. l. fin. & cum agunt de iure accrescendi in feudis, huiusmodi limitationem semper adducunt: Cum autem agitur de emphyteu., ejusdem limitationis mentionem non faciunt: satis insinuat videtur non debere locum sibi vendicare; quin etiam expressè quodammodo sentit videtur etiam in emphyteu. non habere locum, dum in specie scribunt in emphyteu. concessa duobus, ex causa onerosa, habere locum jus accrescendi si concedentis interit, ut cum magna est pensio fructibus correspondens: Cum autem non interit concedentis, ut cum minima est pensio, non habere locum, ut per Alex. post alios d. l. Si mihi, n. 12. & 13. & sic non distinguunt in emphyteu. sit empto ex pecunia communi, sed tantum an interit concedentis. Et cum hic contractus duorum fratrum de communi pecunia ementium sit frequentissimus, & DD. in specie agant de duobus ex causa onerosa investitis: satis expressè sentit, si in eo sensissent habere locum jus accrescendi, & tamen contrarium potius affirmare videntur, cum dicunt generaliter in emphyteu. ex causa onerosa duobus concessa non habere locum jus accrescendi, nisi interit concedentis, ut dictum est.

Bartoli auctoritas in d. l. Si mihi, & Titio, ad rem facere non videtur, tamen enim ad confirmationem eorum, quae scribit de iure accrescendi in emphyteu., adducat iura feudalia; non tamen inde sequitur, ut sentiat in materia juris accrescendi emphyteu. debere regulari in omnibus secundum naturam feudis; quod probatur primo, quia si id Bartol. tenuisset, non oportuisset ad confirmandas, quas sequitur opiniones, adducere alias rationes, sed satis fuisset citare textus de feudo loquentes, & tamen Bartol. quasi eis non quiescens, adducit alias rationes, quas putat fortiores, quam adduxerit textus loquentes de feudis, ut patet ibi num. 5.

Secundo quia cum alijs rationes, quas Bart. adducit deducantur a iure communi, & a contractibus,

bus, & ultimis voluntatibus, quasi velit in materia juris accrescendi quod in illis disponitur, etiam in his locum habere, nescio cur velimus postea prevalere potius in emphyteu. jus feudorum, ad inducendam hanc limitationem, quam contractum, in quibus hac limitatio locum non habet ad eam excludendam. Neque obstat quod Bartol. doctrina in d. l. Si mihi, & Titio, sit communitè approbata teste Alex. ibi num. 1. quia est approbata quoad opiniones, quas defendit, scilicet quando habeat locum jus accrescendi in emphyteu., non autem quoad rationes, & praesertim ea, quae arguit de iure feudorum, quam multi DD. impugnant, ut supra est dictum. Paulus de Castro, qui solus ex his explicitè sentit quicquid in materia juris accrescendi in feudo disponitur, habere locum in emphyteu. hanc opinionem tribuit Bartolo, cum re verè ita non sentiat, ut est demonstratum in §. licet in l. unie, C. quando non per. par. pet. accresc. etiam examinatis nonnullis questionibus de iure accrescendi in feudis, n. 20. quarat de emphyteu., ut subiiciat questionem esse decisam ex his, quae dixerat de feudo: tamen hoc id est dixit, quia in illis questionibus, quas circa feudum examinaverat, quae scripserat in materia juris accrescendi, conveniebant cum emphyteu., & regulae juris congruebant utriusque, ut eum legenti patebit. Sed in casu nostro regulae juris in emphyteu. repugnant, ut est dictum Evertard. tamen aperte dicit disposita in feudo quoad jus accrescendi habere locum in emphyteu.: tamen postea videtur dubitare, cum lectorem rejicit ad loca vulgata. Quin etiam Angel. Cyn. & Alber. ab ipso citati, sicut & Bald. in d. conf. 250. parum ad rem faciunt. Nam cum dixissent in feudo duobus concesso non habere locum jus accrescendi, postea subdunt idem in emphyteu., Quibus in locis ipse rectè arguit. Nam cum in contractibus non habeat locum jus accrescendi per d. l. Si mihi, & Titio, & tam feuda, quam emphyteus sint contractus, & sic regulae juris quoad jus accrescendi negandum utriusque congruant, rectè arguunt de feudo ad emphyteu. An non è converso licet arguere ad jus accrescendi inducendum, ut scilicet quoties habet locum in feudo, habeat etiam locum in emphyteu., quia in hoc casu jus speciale unius non trahitur ad aliud juris regulam repugnantem, quae jus accrescendi non admittit in contractibus. Corbul. id perscriptorie dicit, & citat Bart. & Salicet. ex quibus hoc non colligitur ut dictum est.

Itaque cum questio sit valde dubia, nec à Doctoribus aperte explicata, nunquam audeam consilium, ut statueretur in hoc casu habere locum jus accrescendi, cum in casu tam frequenti nullum Doctorem invenire poterimus, cujus auctoritate in re tam gravi, & exemplari inniti possemus.

DE FEVDIS.

Cap. Ex parte.

SVM MARIVM.

1 Feudum per obitum vassalli ad Ecclesiam revertitur. Declaratur, ut in §. gg.

2 Feudum personale ad stirpem non extenditur.

- 3 Feudum non succedit in feudo, nisi expressè sit cautum in investitura.
- 4 Instrumentum de non infundando Papa inconsulto rejertur tantum ad bona, quae nunquam fuerunt infundata, non autem ad bona feudalia.
- 5 Bona infundari, seu emphyteu. ari solita non sunt de mensa Ecclesiae, ibid. n. 9.
- 6 Iuramentum de non infundando intelligitur ut terram non feudalem constituat feudalem.
- 7 Iuramentum de non alienando non extenditur ad bona in emphyteu. dari solita.
- 8 Bona Ecclesiae dicuntur solita dari in feudo, vel emphyteu., quando infra quadraginta annos his fuerint data.
- 9 Bona desunt esse feudalia quando Prelatus ea descripsit inter bona mensae Ecclesiae, vel quando ex illis fructus collegit, tanquam ex bonis mensae incorporatis.
- 10 Feudalia bona per alienationem vassalli ad Ecclesiam devoluta Episcopus de nova infundare potest filio, vel sanguineo alienanti, non obstante iuramento de non infundando.
- 11 Item potest illa infundare etiam extraneo si sit talis, ut mediante illius persona possit Ecclesia bona sua alienata recuperare.
- 12 Vassallus alienans feudum sine consensu domini directi cadit ipso iure a feudo.
- 13 Papa an possit in praesentium successorum investire aliquem de feudo nondum devoluto consentiente vassallo, & n. seqq.
- Et quid post Bullam Pij V. n. 30. & seqq. usq. in finem.
- 14 Et an possit sine consilio, & assensu Cardinalium declarare super evictis: utilitate, & n. 18. & seqq. usq. ad n. 30.
- 15 Successor non tenetur ratam habere investituram non expletam praedecessoris de feudo, quod alius tenet, nisi eo consentiente alius fuerit investitus.
- 16 Investitura de feudo nondum aperta de consensu vassalli non expirat morte infundantis.
- 17 Et ligat successorem.
- 18 Papa potest vana explicare sine Cardinalibus. De potestate absolutae, n. 24.
- 19 Nec valet contraria consuetudo. Et lex contraria non ligat successorem, n. 23. Praescriptio contra supremam Papae auctoritatem non valet, d. n. 19.
- 20 Cathedralium potestus a solo Papa emanat.
- 21 Papa de honestate non potest vana tractare sine Cardinalibus.
- 22 Valet tamen consuetudo in contrarium.
- 23 Cardinalium consensus in infundatione magna civitatis de necessitate non requiritur, sed de honestate tantum.
- 24 Princeps potest infundare nedum civitatem, sed etiam provinciam, & Ducatum.
- 25 Causa evidenter veritatis infundationis an praesumatur in Papa, & an sit standum illius assertioni.
- 26 Bona infundari solita possunt de novo in feudum concedi, & causa praesumitur ab initio intervensisse.
- 27 Alienatio ritè, & rectè facta non potest per successorem infringi.
- 28 Civitates, & loca Ecclesiae Romanae infundari, seu alienari solita ad eam devoluta, & devolvenda, ipso iure Camera Apostolica incorporata censentur ex Bulla Pij V.

Etiā antequam devolyatur ex declaratoria Innocentij IX. n. 34. & seq.

31 Et de hujusmodi infestatione tractantes, eamque Papa insinuantes sunt excommunicati, & alias penas incurrunt, ut in eadem Bulla p. V.

32 Cardinales jurant loca Ecclesie Romana non infestare.

33 Et idem jurat electus in Papam.

36 Papa potest durante generatione investiri in feudo alijs investituram concedere in casum devolutio- nis.

Secusante Declaratoria Innocentij IX. num. 34 & 35.

37 Bulla p. V. de non infestandis locis Romana Ecclesie comprehendit etiam gubernia ultra triennium.

38 Sed non comprehendit terras, & loca confiscata.

39 Item nec loca, quae Camera Apostolica emittit a Baronibus.

**E**X PARTE. Ponit tres casus, in quibus non obstat juramento de non infestando potest Episcopus antiquum feudum ad Ecclesiam revertitur novo vassallo concedere. Hoc dicit, & est casus valde notabilis interpretans juramentum de non alienando, secundum Abbatem. Communis divisio. Secunda ibi, in prima.

Nota primò, ubi, vassallum decedere, per obitum vassalli feudum ad Ecclesiam redire, quod intellige quando feudum est personale, quia ad filium non extenditur, ut in tit. quib. mod. feud. acquir. circa princ. alius est in tit. de q. s. qui feud. dar. pos. §. r. Holt. hic n. 1. in ver. Redire. Vel quando fuit concessum pro se, & filijs, & vassallus decedit non superstitibus filijs masculis; nam femina, nisi expressè sit cautum in investitura non succedit in feudo, ut c. 1. §. Hoc autem de q. s. qui feud. dar. pos. & c. 1. §. Filia, de success. feud. Holt. ubi supra. Jo. Andr. n. 1. in ver. Redire, Anchar. in 2. not. & Abb. n. 2. & est communis regula, ut Decius inquit conf. 139. in cap. Et dicitur, n. 2. vers. Sed tantum, ubi allegat concord. & Clar. in §. Feudum, q. 7. in princ.

Secundo nota ibi, quamvis juramento teneatur adstrictus. Juramentum prælitum à prælato de non infestando romano pontifice inconsulto referri tantum ad bona, quæ sunt de mensa ecclesie; id est, quorum dominium directum, & utile est penes Ecclesiam, & sic ad illa, quæ nunquam fuerunt infestata, non autem ad bona feudalia, seu ad antiquum in feudum dari solita. Hæc namque si ad ecclesiam revertantur, de novo ab episcopo infestari possunt, juramento non obstante, ut hic est casus in primo responso, & notat Bernardus hic post casum Innoc. in primo: & ad finem, in ver. Concedas, Abb. Antiqu. in ver. De novo, Holt. n. 1. in ver. Infestare, & in ver. De novo, Jo. Andr. num. 1. in eod. ver. Butr. in 1. not. Anchar. num. 1. & Abb. Sicul. in 2. not. Et est ratio secundum Innoc. quia juramentum de non infestando intelligitur ut rem feudatariam constituat, id est, ut terram non feudalem constituat feudalem, ut explicat Jo. Andr. ubi supra.

Et quod dictum est de feudo, idem intelligas de emphyteuli: nam juramentum de non alienando non extenditur ad bona emphyteuticalia, ut hic per Abbatem in 2. not. Ad hoc Extravag.

Pauli II. Ambitus, de reb. Ecclesie non alienandis, ibi, Ac de rebus, & bonis in emphyteum ab antiquo concedi solitis.

Dicitur autem res Ecclesie consecrata dari in emphyteum, vel in feudum quoad hoc, ut possit alienari sine solemnitate, c. 1. de reb. Ecclesie non alienandis, lib. 6. & c. sine exceptione, 12. q. 2. Quando ita fuit concessa, saltem per duas vices, & lapsi fuerunt quadraginta anni, ut in emphyteuti tenet Dec. conf. 142. Pro tenuitate, num. 4. vers. Et solum superest respondere, ubi allegat Bald. in l. De quibus, num. 8. ff. de legib. qui tamen nihil dicit de duabus investituris, sed tantum de tempore annorum quadraginta. Et in feudo originaliter voluit Jacob. de Beluis, in c. 1. tit. 1. In istis feudis & in tit. Episcopum, vel abbatem, cap. 1. ubi concludit rem dici consecratam infestari, quando intra quadraginta annos his fuit data suadente utilitate, & cum sequitur Inola hic num. 37. Et consulendo Jas. in conf. 155. ut veritas, col. 3. paulo post princ. vers. Dicitur autem res Ecclesie consecrata dari in feudum, vol. 2. ubi alios citat, & dicit, ab hac sententia neminem distare pare. Assl. de 305. n. 10. Clar. de communi in §. Feudum, quæst. 13. num. 4. vers. Nunc pro intelligentia quæro. Et quamvis referat Curt. jun. de feud. in 1. par. 2. par. principalis, quæst. 4. & Ruin. in conf. 35. num. 30. lib. 1. dicentes sufficere, ut præcesserit una tantum infestatio solemniter facta sine aliquo temporis cursu, vel pluralitate actuum, & hæc esse communem opinionem; tamen, ut ait Clarus, hæc opinio non transit sine difficultate, & ideo prima esset tenenda tanquam tutior, & quæ minus sed alienationi rerum ecclesiasticarum. Sed tamen Domini de Rota decis. 160. num. 5. par. 2. divers. pluribus citatis dicunt illud solum probari, aut per duas locationes cum cursu quadraginta annorum, aut per unam solemniter factam: & hæc esse communem conclusionem, quam tenuit Rota in Zamoren. Locationis coram Seraphino, 24. Decembris 1579.

Et converso autem res dicitur non amplius solita infestari, quando prælatus eam descripsit inter bona mensæ Ecclesie, vel quando per multum tempus collegit fructus ipsius rei solite infestari, prout facere consuevit ex alijs rebus, & bonis mensæ incorporatis. Et hæc opinionem dicunt esse communem Moderni, quos refert Curtius jun. in d. 1. par. 2. par. principalis, q. 5. & sequitur Clar. ubi supra.

Et hinc collige, bona consueta infestari, vel dari in emphyteum, non esse de mensa, quia in illis Ecclesia non habet dominium utile, sed solum directum, ut hic declarat Imol. in fine, & sentit Innoc. in ver. Concedas, cum quo Holt. & Jo. Andr. num. 4. in eod. ver. & alii transeunt.

Tertio nota ibi, filium, vel consanguineum. Bona feudalia per alienationem vassalli ad Ecclesiam devoluta, juxta textum in §. 2. & 3. quib. modis feud. amitt. posse de novo ab Episcopo infestari, filio, vel consanguineo ipsius vassalli alienantis non obstante juramento de non infestando, ut similiter hic est casus in secundo responso.

Quarto nota ex ultimo responso Episcopi non obstante hujusmodi juramento de non infestando posse infestare bona propter alienationem vassalli ad Ecclesiam devoluta, non tamen filio, & consanguineo vassalli, ut in præcedenti notab. sed etiam

etiam extraneo, si sit talis, ut mediante illius persona possit Ecclesia bona alienata recuperare, ut in littera, scilicet de factio, quia de jure vassallus alienans absque consentu domini directi ipso jure cadit à feudo, seu à jure feudi, secundum Innocent. hic circa medium in ver. Recuperare, Abb. Antiqu. n. 1. in eod. ver. Holt. nu. 4. & Jo. Andr. nu. 3.

Extra QUÆRO, An Papa possit in præjudicium successorum investire aliquem de feudo nondum devoluto, contentiente vassallo. Et cum debeat constare de vera & evidenti utilitate Ecclesie stante declaratione Gregorii XIV. in Consistorio secreto, de qua infra sub n. 33. An Papa possit sine consilio, & assensu Cardinalium declarare hanc evidentem utilitatem.

Quoad primum dubium videtur affirmative respondendum per tex. apertum in c. 1. qui success. feud. dar. ten. ubi disponitur expressè, & ita summat Bald. ut quamvis successor Prælati non cogatur investituram à Prædecessore factam, & non completam de feudo, quod alius tenet ratam habere, tamen id locum non habet, si eo contentiente, qui feudum tenet, sit alius investitus. Nam consensu hujusmodi operatur, ut successor Prælati teneatur complere, cum aliter non teneretur, quasi infestatio rei, quam non tenebat infestans, cum non remanserit in finibus promissionis, seu promissio in finibus investiture verbalis, ut considerat Iser. in d. c. 1. nu. 5. & operatur, ut factum Prædecessoris dicatur tunc de jure consummatum. Ex quo sequitur, ut cum jam gratia sit facta cum effectu, non expiret per obitum concedentis, ut ponderat ibi Bald. nu. 4. Alyarot. nu. 3. Præpos. nu. 2. & Jacobin. nu. 2. Et ratio est patens: nam cum talis investitura sit valida, quia jure feudorum fulcitur, nec male factum dicitur, quod sit legis autoritate, ut advertit Iser.

Unde perinde judicandum est, ac si ipsa Ecclesia contraxisset, quæ nunquam moritur, ita Bald. ibi ante nu. 5. qui inferius nu. 12. innuit sine consensu vassalli tenentis obligationem Prælati dici personalem, quæ successorem non obligat, quia nihil in eum transmittit: At cum consensu dicitur realis, & perpetua obligatio Ecclesie, quæ obligat successorem.

Secundum dubium similiter videtur affirmative resolvendum, cum vera & communis sit scribentium conclusio, Papam solum posse sine Cardinalibus ardua explicare, ut testatur Gemin. qui adductis in contrarium respondet, in c. Super eo, num. 4. vers. Communis conclusio, de heret. lib. 6. Et hanc esse veriore sententiam ostendit Hier. Zanettinus in tract. de differ. jur. civil. & cap. in 24. differ. num. 33. quam etiam veram & communem dicit, & latissime comprobat Cardinal. Jacob. de Concil. lib. 7. art. 5. de Cap. conclus. in vers. Oñ avò facit, num. 117. cum pluribus seq. & in responsione ad contraria in vers. Ad illud 259. Et in tantum potest Pontifex ardua per se expedire, ut si in contrarium adesset consuetudo, illa non valeret: tum quia esset præscribere contra supremam potestatem Papæ, contra quam non valet aliqua præscriptio, ut notat Abb. in c. 2. num. 4. de Cleric. non resid. sequitur Jas. in l. Placet, num. 111. c. de Sacros. Eccles. I. un. quia Cardinalium potestas à solo Papa emanat, ut tradit Archid. in c. Vbi periculum col. 4. c. in ibi, (Dominorum autem Cardinalium

potentia est ab homine: nam quicquid possunt, habent à Papa.) De elect. lib. 6. & post eum Andreas Barbat. in tract. de præstant. Cardinal. q. 1. n. 12. & Petr. de Raven. in tract. de consuetud. sect. 1. num. 33. quem sequutus fuit Roch. de Curte in simili suo tractatu, num. 114. ubi ait de honestate Papam non posse ardua tractare sine Cardinalibus; & tamen valere consuetudinem in contrarium. Et rationem reddit, quia talis consuetudo habet concursum juris communis, cum de jure communi Papa possit ardua tractare sine Cardinalibus, secundum communem opinionem. Imò etiam si de hoc esset lex expressa, illa non esset attendenda, quia par in parem non habet imperium, cap. Annotuit, de elect. de quo latissime Barbat. conf. 1. lib. 1. per tot. & per tacitam contraventionem Papa videretur eam tollere, ut ait Zanettinus ubi supra n. 36. quæ omnia verissima esse de potestate Summi Pontificis absoluta, seu, ut ajunt, de plenitudine potestatis, pluribus rationibus confirmat Cardin. Paleot. de Sacr. Consist. consult. par. 1. q. 3.

Et quamvis de infestatione magnæ civitatis loquens Bald. in l. Cum multis, n. 2. c. de bon. que liber. dixerit debere intervenire communem consensum Cardinalium: tamen eius dictum communiter intelligunt Doctores de honestate tantum, non de necessitate, ut respondet Zanettinus ubi supra num. 36. vers. Et ad allegata in contrarium, qui prius citaverat ipsum Baldum sub num. 33. & in propterea terminis declarat Cardin. Alex. in cap. 1. Episcopum, vel abbatem, in volum. feud. post princ. conclusitque valere hujusmodi actum Papæ sine Cardinalibus, quem sequitur alios referens Claud. in suo speculo feud. fol. 131. vers. Nam quantum, & Redoanus per eademmet verba in tract. de reb. Ecclesie non alienand. cas. 5. nu. 2. ubi itidem testatur hanc esse crebriorem opinionem.

Et verè ita debere intelligi dictam doctrinam Baldi de necessitate tantum, non de necessitate, suadetur: nam ipse in d. l. Cum multis, se remittit ad dicta per eum in l. Humanum, c. de legibus, ubi præcisè num. 2. dicit formam illius legis esse de honestate, non de necessitate, cum ibi dicitur humanum, non autem necessarium, & subdit recentis illis terminis, sine dubio Principem posse infestare nedum civitatem, sed & proviacionem, & Ducatum, & ut ait Castren. ibi in fine, num. 6. licet dicatur, Papam omnia facere cum consilio Cardinalium; si tamen facit sine eis, valet; & sequitur in l. Lex est, num. 5. ff. eod. tit.

Et ex his non videtur dubitandum, quin Papa solus totaliter explicare possit talem investituram de feudo nondum devoluto, & causas evidenti utilitatis declarare.

Quibus addi potest, quòd etiam si vereremur in dubio an causa subesset, vel non subesset, adhuc Summo Pontifici aliter, præsumeretur, ut bene per Claud. in speculo feud. in ver. Causa legitima, fol. 128. præferimur si vereremur in materia non suspecta, quòd infestatio fiat in consanguineos, ut considerat Præpos. in c. Non licet, 12. q. 2. n. 7. Et in hac materia sunt videndæ distinctiones per d. Claudium factæ, quòd causa potest subesse, & non subesse; & quando exprimitur, & quando non. Conclusio enim est, si causa exprimitur, quæ tempore concessionis potuit intervenire, præ-

fumitur etiam sine interventu Cardinalium, vel Procerum, ut dicit ipse in c. 132. per ead. nec. verba Redoan. d. c. 132. n. 22.

Et secundum distinctiones ejusdem Claudij sunt intelligenda, quae sub longo involacro verborum dicit Bellam in c. per principalem, nu. 106. vers. Quarta questio, ubi relinquit cogitandum, & in c. Non licet a papa, 12. q. 2. ante n. 116. ubi precise allerit: Si non laborat mala suspicio contra Papam, quia in multis propinquum non fit alienatio. standum esse litteris, & expressi. in Papae.

Et pariter Navar. in suis Commentarijs super d. c. Non licet a Papa §. 12. n. 7. & seq. sub n. 9. sentit standum esse allegationi Papae de causa justa, si ipse exprimat se ad id ex iusta causa moveri.

Et eo magis tractaretur de feudo antiquo, quo casu cum praesumatur ab initio intervenisse hujusmodi causa, & ob id Innoc. III. hic concedat, ut solita infundari de novo infundari possit. Respondeo dicit Bald. in c. 1. num. 3. Quod feud. dar. poss. causa utilitatis praesumitur quando feudum est apertum.

29 Quando autem alienatio fit rite & recte, manifesti juris est, nec alienationem, nec successorem posse illam infringere, ut tradunt Vern. & ceteri Scribentes in d. c. 1. Quod feudum dare ceceantur, & Claud. in d. Specul. fo. 151.

30 Ceterum adverte, quia praemissa non videntur procedere post Constitutiones à Romanis Pontificibus hae de re editas. Nam Pius V. in Canon. str. 35. Admonet, edita quarto Kalend. Aprilis 1567. in Bullar. tom. 2. pag. 224. Itaque, ut civitates, & loca S. R. E. etiam in feudum, aut quemcumque alium alienationis titulum dari solita ad Sedem Apostolicam quomodolibet devoluta, & pro tempore devolvenda eo ipso Camera Apostolica absq; alia declaratione incorporata censentur, perinde ac si nunquam in feudum, vel alium titulum concessa fuissent, ut in §. 2. Ac praeterea statuit in §. 3. ut de hujusmodi alienationibus, & infundationibus tractantes, consulentes, aut alias verba facientes, eaq; Summo Pontifici per se, vel per alium insinuantes, vel litigantes excommunicationis poenam, ac laesae Majestatis etiam in primo capite, & confiscationis bonorum, privationisque dignitatum, ac beneficiorum eo ipso incurrant. Et in §. 9. addit, ut Cardinales in assumptione pilei, & sede vacante in conclavi jurare debeant praedictam Constitutionem observare, eique non contravenire, nec Pontificibus contrafacientibus consentire, aut absolutionem à juramento petere, nec oblatam, aut concessam acceptare. Et assumptus in Summum Pontificem id ipsum promittat, ac juret, & post coronationem suis litteris confirmet: ut latius in ipsa Constitutione, quam postea confirmarunt Pontifices successores Gregor. XIII. Constit. 3. Inter cetera, in Bullar. 10. 2. pag. 363. Sixtus V. Constit. 26. Quanta, eod. tom. pag. 320. Gregor. XIV. Constit. 1. Romanus Pontifex, pag. 286. Et ad haec usque tempora multum dubitari poterat de intellectu illorum verborum Bullae Pij V. Et pro tempore devolvenda. An scilicet comprehenderent loca nondum devoluta tempore infundationis. Et eo magis quia idem Gregorius XIV. in Consistorio secreto Romae apud S. Marcum die ven. 13. Septembris 1594. habito, sententiam tamen S. R. E. Cardinalium, qui tunc aderant, minime requisitis, quinimo multis eorum expresse contradicentibus, declaravit, & decrevit Pius V. Constitutione praedicta non prohiberi feudum nondum devolutum, quando necessitas, aut evidens & vera Ecclesiae utilitas postulerit iterum infundari. Nec juramentum in ea praestitum similem casum comprehendere, ac neminem licite jurare posse, quod contra necessitatem, aut evidentem utilitatem Ecclesiae iuriscq; praedictam Constitutionem

intelligendam judicavit, ac dissimulavit. Sed hanc dubitationem solvit Innoc. IX. Constitutione 1. incip. Quae ab hac sancta Sede, edita pridie non adveniens 1591. eod. tom. 2. pag. 713. nam in §. 4. declaravit Constitutione Pij V. prohiberi quemcumque infundationem, & alienationem civitatum, & locorum eidem Seditam immediate, quam mediate subditorum, non solum post eorum devolutionem, sed etiam antequam devolvantur, & quacumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem & extensionem infundationum, & concessorum hujusmodi nondum finitum; ipsorumque incorporationem quoad effectum impediendi alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius Constitutionis, & etiam antequam devolvantur factam censeri, & in §. 5. praecipit Pij V. Constitutionem jurari debere juxta praedictam Constitutionem.

Itaque si in hac declaratione Innocentij IX. planum est hodie Papae non licere quemquam investire de feudo nondum aperto, & sic dicitur d. c. 1. Qui success. feud. dar. tenent. & textus nostrij, quatenus permittit, ut in eudari possint bona feudalia ad Ecclesiam devoluta juramento non obitante, locum non habet in Summo Pontifice, sed tantummodo in inferioribus Praelatis. Forma enim juramenti, qua se obstringit Papa, est longè diversa à juramento de non infundando, quo se adstringunt Praelati inferiores in terminis hujus cap.

36 Quo fit ut hodie locum non habeat conclusio, quam pluribus relatis firmat Rota decisis 664. nu. 11. par. 2. recent. videlicet Papam posse durante generatione investire in feudo alijs investituram concedere in casum devolutionis, cum tunc non dicatur agi de praedictio investiturae. Obstat enim Declaratoria Innocentij, ideoque nec opus est discutere, an dicitur oblatio cap. 1. Qui success. feud. dar. ten. locum habeat in Summo Pontifice, de quo ibi plenè per Rotam, num. 13.

Porro Bulla Pij V. ut praesertim declarata ab Innocentio IX. confirmavit, & innovavit, sequè servatam promittit, ac juravit Clem. VIII. in Constitutione prima, Ad Romani Pontificis, in Bullar. tom. 3. pag. 1. ubi etiam in §. 7. declarationem Gregorij XIV. tanquam destruentem praedictam Pij Constitutionem, alienandique occasione praesentem ac minime necessariam revocavit, & annulavit perinde ac si nunquam emanasset. Declarans eadem Pij V. Constitutione prohiberi civitatum, & locorum in ea contentorum tam quae nunquam antea in feudum concessa, quam quae alias sepius infundata, ac postmodum devoluta, aut etiam nondum devoluta fuerunt, infundationes, & prorogationes investiturarum etiam ex causa necessitatis, aut evidents & verae utilitatis factas & faciendas, ut latius in eadem Bulla §. 8. Et concordat Regula Cancellaria 64.

37 Praeter haec Gregor. XIII. die 3. Aprilis 1581. in Con-

Consistorio declaravit sub dicta Bulla Pij V. comprehendi etiam concessionem guberniorum, quas ultra triennium de locis S. R. E. fieri non contingeret, quam declarationem & Sixtus V. approbavit eisdem in Consistorio die 16. Januarij 1589.

38 Prohibitio tamen Pij V. ut supra declarata, non comprehendit terras, & loca confiscata ob delicta, de quibus in Constitutione 65. Gregor. XIII. incip. Tanta, ut ibi declaratur in §. 13. in Bullar. tom. 2. pag. 446. Idemque declaravit Sixtus V. in Constitutione 6. Hoc nostris, §. 8. pag. 451.

39 Ac similiter non comprehendit ea loca, quae Camera Apostolica emit à Baronibus juxta Constitutionem 41. Clementis VIII. Iustitiae, §. 14. in Bullar. tom. 3. pag. 55.

DE SOLVTIONIBVS.

Cap. Ad hoc.

S V M M A R I V M.

1 Successor in beneficio tenetur solvere debita praedecessoris pro necessitate Ecclesiae contracta, & n. 6.

2 Filius non tenetur ad debita patris, nisi creditores probent eum se immisuisse hereditati paternae.

3 Et tunc tenetur etiam ultra vires hereditatis si eam adierit sine inventario.

4 Et quid de equitate canonica, & in foro animae.

5 Successor in beneficio, & haeres in quibus equiparentur, vel non.

6 Haeres tenetur solvere omnia debita defuncti qualitercumque contracta.

7 Successor in beneficio tenetur ad debitum praedecessoris, quod constat fuisse contractum pro necessitate Ecclesiae, licet non probetur verum, & num. 9.

8 Fallit in mutuo, in deposito, & cum res Ecclesiae pro debito venditur.

10 Successor in beneficio tenetur ad debita, quae praedecessor pro sui sustentatione, vel infirmitate contraxit.

11 Successor in Episcopatu tenetur ad expensas Advocati pro defensione, & necessitate praedecessoris carceribus mancipari.

12 Successor in beneficio an teneatur ad pensiones tempore praedecessoris decursas, & non solutas, & n. seq. usque ad n. 22.

13 Pensio cum clausula, ut melius, & commodius sustentari valeas, &c. censetur reservata ex causa alimentorum, & n. 15.

14 Hypotheca non oritur ex assignatione reddituum super certo fundo, nisi assignatio fiat pro alimentis.

Contrarium, n. 16. in fin.

16 Pensio, census, collecta, & decima sunt debitum reale, & obligat possessorem etiam pro terminis praeteritis, & n. 19.

17 Et an sit in optione creditoris vel agere contra successorem, vel contra antiquum possessorem, seu ejus heredem, & n. seq.

18 Successor in beneficio ex stylo Rote non tenetur ad pensiones decursas tempore praedecessoris, nisi facta a perceptoribus diligentibus contra praedecessorem, vel illum heredem.

Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

20 Successor pro pensionibus soluta pro antiquo possessore habet actionem contra eum, vel illum heredem.

21 Successor in Episcopatu, vel Parochiali etiam facti per pensionarium diligentibus contra praedecessorem non tenetur ad pensiones ante suam provisionem decursas, nisi detraita congrua.

22 Successor an teneatur ad pensiones antiquas pro terminis decurrenda, licet sibi non remaneat congrua. Distinguitur, ut n. seq. usque in fin.

23 Quid si pensio sit reservata cum clausula, Dummodo remaneant mille pro Episcopo, vel centum pro Rectore.

Et quid si cum clausula, Etiam si non remaneant mille, vel centum, num. 30.

Et quid si cum eadem clausula non expressa, sed tacite subintelligita, n. 31.

Et quid si reservatio sit pura, n. 32.

24 Clausula, Dummodo remaneant mille pro Episcopo, facit pensionem conditionalem.

25 Et in petitorio onus probandi, quod mille remaneant, incumbit pensionario.

Etiam si Episcopus reservationis consenserit, n. 26.

Et probatio debet esse plena, n. 27.

26 Consensus titularis intelligitur praestitus sub eadem conditione, sub qua pensio fuit reservata.

28 Pensio reservata cum clausula, Dummodo remaneant tot pro Titulari, si sit excessiva, non est nulla in totum, sed reducibilis.

29 Fallit si sit reservata cum praedicta clausula, & cum expressione certi valoris.

30 Tridentino Concilio Papa censetur derogare reservando pensionem cum clausula: Etiam si non remaneant mille pro Episcopo.

31 Idem si sciat valorem fructuum, juxta quem non remaneant mille.

32 Pensio pure reservata est reducibilis si non remaneant mille pro Episcopo. & Papa scire deceptus in expressione valoris facta in cedula Consistoriali.

AD HOC. Jo. Andr. non summat, quia brevis est. Sed secundum Abbatem summat sic: Successor in beneficio tenetur solvere debita praedecessoris pro necessitate Ecclesiae contracta. Hoc dicit.

Nota primò ex principio textus, filium teneri solvere debita patris. An autem sit fundata intentio creditoris agentis contra filium post obitum patris ex debito paterno, adeo ut etiam alio non probato cogendum sit filius ad solvendum? Primo intuitu videtur affirmative respondendum per istum textum, qui hoc dicit ad litteram, & per illum Apostoli 8. ad Rom. 17. Si autem filij & heredes, & 4. ad Galat. 7. Quod si filius, & haeres. Sed contrarium est verum, quia requiritur ut creditor probet se immisuisse hereditati paternae, alius enim si filius ab illa se abstinere, non tenetur creditoribus hereditarijs respondere, nec potest cogi ad solvendum nisi confuso de aditione hereditatis, ut legitur, & notatur in l. Necessary ff. de acquirenda hered. & ibi per glossam in ver. Teneantur, & Bart. nu. 1. & teneat glossa reputata singulari in l. Si cum dotem, §. Transgrediamur, in ver. Haeres, ff. solut. matrim. quae dicit ab adore probandum esse, quod filius sit haeres patris, per textum in leg. 1. Cod. Si minor ab herede, abstin. & in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

Et in leg. 1. Cod. de jure deliberat. & hic firmant Anchar. nu. 1.

& Imol. m. 2. Et dictum Apostoli: Si filius, ergo haeres, intellige, quantum ad hoc, ut filius possit se immiscere hereditati patris, & illam agnoscere: non autem quoad hoc, ut possit a creditoribus conveniri, si non appareat quod hereditatem agnovit, sicut dicitur Imol. ubi supra. Vel obitum Apostoli intelligas quantum ad nomen, non autem quantum ad commodum, vel incommodum, nisi se immiscet, ut declarat praecitata glossa in l. necessarii, in ver. teneantur, ff. de acquir. hered. & litteram textus nostri, ubi, filius, supplet, & haeres, secundum Bernardum hic post eam, Abb. Antiqui, & Hostium in princip. Itaque filius, quem constat hereditati patris se immiscuisse, tenetur ad debita patris, & quidem in solidum, & ultra vires hereditatis, si eam adivit sine beneficio legis, & inventarij. Sed si inventarium confecit, tenetur solum quantum vires hereditatis patiuntur, ut l. final. C. de jur. vel liber. secundum Alan. hic relatum in glossa 2. Sed Butr. num. 3. & Imol. m. 7. dicunt hoc verum de rigore juris civilis, & in foro contentioso, sed de equitate canonica, & in foro conscientie, quia dicit sine beneficio inventarij non tenetur nisi in quantum se extendunt vires hereditatis. Allegant glossa in C. Quamquam, in ver. Mandaverunt, de usufructu, & ibi Jo. Andr. in glossa in ver. Dicebat, Bar. & Bald. in Rubrica, ff. de acquir. hereditatis. Tu vero in hoc passu recurre ad Feder. de Senis in suo solemani cons. 21. incip. Nemoquid haeres per tot. ubi hanc materiam luculenter examinat.

Secundo nota ex textu equiparationem, seu similitudinem inter haerem & successorem in beneficio, secundum Anchar. hic num. 2. Imol. m. 3. & Abb. num. 1. nam quemadmodum haeres succedit in universum jus defuncti, l. Haereditas, ff. de reg. jur. Ita & successor succedit Praelato in universum jus ecclesiae, c. Relatum, al. secundo, §. Nemo, de testam. secundum Host. hic num. 3. Joan. Andr. num. 1. & alios supradictos. Item equiparantur quoad solvenda debita per praedecessores contracta, ut in textu. Sed nihilominus in multis differunt; nam haeres jus causat a defuncto, sed successor in beneficio jus consequitur non a defuncto, sed a superiore, a quo institutionem obtinuit, ut hic per Abbatem num. 1. ver. Sed in multis, & dixit in Grav. n. 136. & seq. supra de restitutione. Item differunt, quia haeres teneturolvere omnia debita defuncti qualitercumque contracta, ut notatur in cap. 1. infra de testam. & dictum est supra num. 3. sed successor in beneficio non tenetur nisi ad illa, quae sunt contracta pro necessitate ecclesiae, ut hic probatur a contrario sensu. Concordat textus in cap. Hoc jus, §. Et hic creditor, l. o. quae 2. in c. Quod quibusdam, supra de fideiussor. & in cap. Grav. de dep. sicut. Et hic notat glossa ultimam: cum qua transiente communiter Scribentes, Gemin. cons. 1. num. 2. & 3.

Ultimo nota ibi, Pro ecclesiae necessitate ad hoc ut ex debito per Praelatum contracto obligetur successor, sufficere, ut probetur debitum pro necessitate ecclesiae contractum fuisse. Et quamvis Innocentius hic in fine requirit, ut probetur etiam versio in ecclesiae utilitatem, & Abb. Antiqui, dicit hoc bene notandum: Tu tamen pondera, quia textus exigit hanc probationem versio- nis, sed tamen exigit, ut debitum fuerit contractum pro ecclesiae necessitate. Sufficit ergo pro-

bare casum necessitatis, ut hic per Host. m. 3. qui dicit esse hic argumentum expressum, quod ecclesia obligetur etiam non sit versa pecunia, dum tamen probetur, quod ecclesia indigebat, & pro illa necessitate, quae imminerebat, fuit debitum contractum. Ad hoc bonus textus in l. 1. §. quod si manum, & in l. Lucius, ff. de exco. r. actione, & cum Host. videatur hic transire Jo. Andr. n. 1. in ver. Necessitate. Card. dicens hoc versum n. 1. Anchar. num. 4. & Abb. num. 2. qui hunc textum intellectum reputat multum notabilem Sed Ant. de Butr. m. 1. ver. Postremum, dicit opinionem posse ad concordiam reduci, ut opinio Innocentij procedat in multo opinio vero Host. in alijs contractibus quam multo, & cum hoc transiente Jo. de Imola, n. 2. in fine ver. Dominus Antonius, & Jo. de Anan. n. 3. ubi nota quod ad hoc. Tu vero bis adde Innocentium in d. cap. Grav. num. 1. de Dep. sicut, ubi ait contra hanc sententiam cum ecclesia, vel hospitali debere esse sollicitum de conversione rei in utilitatem ecclesiae tribus casibus in jure expressis. Primus est in mutuo, ut l. Civitas, ff. si certum petatur, & c. Quod quibusdam, supra de fideiussor. Secundus in deposito, d. c. Grav. Tertius, cum res ecclesiae pro debito venditur, ut in Auth. Hoc jus porrectum, Cod. de Saerosan. eccles. & in cap. Hoc jus, l. o. quae 2. In alijs autem casibus, licet verum non probetur in utilitatem ecclesiae, seu hospitalis, si ad hoc datum fuerit, ipsa ecclesia, seu hospitalis tenetur. Et hoc dictum Innocentio, quicquid dixerit glossa in l. 1. C. de vend. rebus, ubi dicitur, l. 12. connumerat sequuntur Canonice, & Legitime in d. l. Civitas, ut ait etiam Ludovicus Romanus in cons. 440. Non est dubium, num. 4. & 5. Ubi propterea consilium extra casus praedictos successorum in hospitalatu obligari debita, quae praecedens hospitalarius in utilitatem hospitalis contraxit, licet versio probata non fuerit, per hoc c. Et ita voluit in cons. 17. n. in causa post. n. 2. & in l. Sicum dorem, §. Si maritus, n. 1. §. & in l. in insulam, §. Vsa- rias, ante n. 1. §. solus, in matrim. Abbas cons. 8. §. Vide- tur primus, n. 3. lib. 2.

Sed quid si Praelatus contraxerit debita pro sui sustentatione? Respondeo teneri successorem, quia pro necessitate ecclesiae videtur contracta, cum ecclesia teneatur Praelatum alimentare, c. Cum secundum Apostolum, de prob. & ita hic firmat Abbas n. 2. ver. Nam si Praelatus, & in c. Per tua, n. 2. infra de donat. & in c. Ex presentium, n. 5. supra de pi- gnor. ubi extendit textum nostrum, qui obligat successorem in beneficio ad solvenda debita pro necessitate ecclesiae contracta, ut idem sit, si contracta fuerint pro necessitate personae, & hic subdit se ita in facto pluries consiluisse, praesertim in Rectoribus ecclesiarum, qui contrahunt multa debita in infirmitate, ex qua decedunt; nam successor tenetur illa solvere, ut per eum sequitur Quintilianus Mandos. in repetitioe c. 1. n. 11. ver. In pluribus de probation. vol. 6. Repentium, in Appendic. fol. 62. Et propterea cum quidam Doctor patrociniū praesidisset Episcopo Cauriensis carceribus mancipato, & pro ejusdem necessitatibus pecunias expendisset, Domini de Rota in Cauriensis pecuniaria 11. Februarij 1547. coram Puteo concluderunt successorem teneri, ut apud Peregrinum de cons. 14. sub titulo, de solut. & referunt Mandos. ubi supra, & Flaminius Parisius de resignat. beneficior. lib. 1. q. 16. m. 51.

QUAE

12 QUERO, An successor in beneficio teneatur ad pensiones tempore praedecessoris decursas, & non solutas.

Rota apud Cassadorem de cons. 4. n. 3. de locato dixit hunc passum: An successor teneatur ad decursas pensiones pro praedecessore, esse dubium, & nondum in valato decitum: & Crescentius de cons. 3. n. 7. de solut. testatur Rotam nunquam voluisse judicare successorem teneri ad pensiones per praedecessorem non solutas, & Achil. de cons. 3. n. 1. de pensionibus similiter ait Dominos nunquam voluisse resolvere, ut pensio debeatur a successore, ne indies pertereretur.

13 Opinio tamen affirmativa videtur de jure verior, saltem in pensionibus, quae communiter reservari solent cum clausula, (Ut melius, & commodius sustentari valeas de alicujus subventionis auxilio providere, & specialem gratiam facere volentes.) Quae clausula id operatur, ut pensio alimentorum causa censetur assignata, ut declarat Quintilianus Mandos. in regula de infirmis, quae 11. n. 6. & super signat: sub tit. de pensionibus, quae 5. l. 1. & seq. Quamvis autem circumscripta causa alimentorum si reditus super certo fundo assignentur, ex tali assignatione forte hypotheca nasci non videtur, sed solum personalis actio contra assignantem, ut l. fin. in fine, ff. de contrah. empt. l. si liberto, in princip. iuncta glossa ejusdem principij, in ver. Unda sunt, ff. de ann. legat. Tamen secus est si reditus super tali fundo assignentur pro alimentis, quia tunc procedit conclusio factis, dicens rem illam, ex qua jubentur alimenta praestari, esse pro solvendis alimentis tacite hypothecam: hic est textus in l. 2. in fin. ff. de alimentis, & cibarij, leg. & tenet Glossator in l. Lucius, in glossa 2. ff. eodem, & in l. Cajus, in ver. Neque in rem, ff. de Annua legatis, & in l. Cum hi, in ver. idem est est ageretur, ff. de transact.

14 Cujus sententiam omnes sequuntur, ut inquit Ludov. Rom. in cons. 388. In casu praepositi thematici, n. 3. ubi hoc praecipuo fundamento firmat hanc conclusionem, ut episcopus successor teneatur ad pensiones decursas, & non solutas tempore praedecessoris. Eandem conclusionem supposita reservatione pensionis cum praedicta clausula, ut commodius, &c. videtur sequi Felinus in c. Ad audientiam, il. 2. n. 6. de refer. & eam probant simpliciter Philippus Francus in c. ult. n. 3. & 4. de off. Ordin. lib. 5. & Gigas de pensio. 39. n. 10. Ea ratione, quia pensio & census sunt collecta, & decima sunt debita reale, & obligant possessorem, ut c. si quis laicus, l. 6. q. 1. Unde novus possessor beneficij erit conveniendus, ut debita solvat etiam pro censu & pensionibus praeteritis, ut in hoc cap. Et facti textus in l. Imperator, ff. de Publicanis, ubi hoc est expressum in tribus locis. Idque procederet etiam extra casum alimentorum pluribus probat Gigas de pensionibus, q. 51. n. 17. Est tamen in opinione pensionarij creditoris, vel agere contra successorem in beneficio, vel contra antiquum possessorem, seu ejus haerem, ut per Gigantem dicitur quae 39. n. 11. Et in decimis quae eodem jure cum pensionibus censentur, respondit Federic. de Senis cons. 81. incip. Laicus de praedio suo, & in charitativo subsidio, quod similiter est onus reale, & transit in successorem beneficij, voluit Bartholomaeus Bellencinus de Charitativo subsidio q. 51. ver. Fator tamen.

15 Tamen adverte, quia etsi Rota non fuerit Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

sequuta opinionem Federici de Senis in praedicta cons. 81. Nec olim voluerit judicare successorem teneri ad pensiones non solutas per praedecessorem, ut dixi supra num. 12. Nihilominus ubi constat de diligentis factis a pensionario pro exactione pensionis contra praedecessorem, vel illius haeres, passim Rota condemnat successorem ad solvendo terminos decursos in vita praedecessoris, & non solutos, ut in causa Camerariens. pensionis, 15. Januarij 1592. coram Giphio, & in Hispanen. pensionis 16. Decembrii 1577. coram Cardinali Blanchetto, & in Casertana augmentata pensionis, 13. Aprilis 1592. coram Card. Pamphilio, & in concordantibus relatis a Greg. XV. de cons. 507. num. 3. Pensio enim, ut praedixi, est onus reale, & cohaerens beneficio, ut recte supra n. 16. Et fuit dictum in praetertis de solutionibus, & propterea obligatur successor ad illius solutionem, non solum in futurum, sed etiam in praeteritum pro terminis decursis ante suam provisionem, ut l. Quae sunt, ff. de usufructu, & tradunt Philippus Francus ind. c. ult. n. 4. de off. Ordin. lib. 6. Card. in Clem. 1. q. 1. n. 5. in fin. ver. Ad aliud vero, de censu. Gemin. cons. 3. Super dubio, n. 2. & per tot. dicens de hoc esse casum in hoc c. Card. Alban. cons. 2. n. 12. Navarr. cons. 1. n. 3. & 4. & cons. 2. n. 3. & 5. de solut. & alij apud Gregor. in praedicta de cons. 507. n. 2. Licet novus possessor, & sic successor in beneficio possit procedere contra antiquum possessorem, seu illius haerem, ut probatur in d. cap. ult. de off. Ordin. lib. 6. & ibi notat Francus n. 3. ver. Ipse tamen novus possessor.

16 Cave tamen ne decipiaris, quia etsi novus possessor beneficij factus ut supra diligentis teneatur ad pensiones decursas tempore praedecessoris, ut dictum est; hoc tamen est moderatum cum temperamento, videlicet dummodo ei remaneat congrua, quae in primis, & ante omnia deducenda est, ut fuit dictum in Campanien. pensionis, 22. Januarij 1609. coram Julio, impressa apud Marchesanum de Commis. par. 1. fol. 547. Quam ita intellexit, & equata est Rota coram Greg. XVI. in saepius citata de cons. 507. n. 5.

17 Sed hic incidit quaestio, Numquid successor in beneficio teneatur ad solutionem antiquarum pensionum pro terminis suo tempore decurrendis, licet non remaneat congrua sibi debita ex praescripto Concilij Tridentini, d. 13. s. Ad hoc, sess. 24.

18 Pro solutione observandum est, quod ad praesentem quaestionem attinet, vix quatuor modis reservare pensiones super fructibus mensae episcopalis, vel parochialis: primò scilicet cum clausula, (Dummodo remaneat mille pro Episcopo, vel centum pro Rectore.) Et hoc primo casu planum est episcopum, vel Rectorem non teneri ad pensiones pro terminis decurrendis, nisi prius detracta congrua; quia pensio hoc casu est condicionalis propter clausulam, dummodo, Rota de cons. 160. n. 2. par. 3. diversor. & saepius resolutum fuit in pluribus causis, teste Cardinale Seraphino de cons. 112. n. 2. & clara est intentio papae, ut ita demum pensio debeatur, si remaneant mille pro Episcopo, & centum pro Rectore, ad praescriptum Concilij Tridentini d. 13. ut dixit Rota de cons. 1679. in fin. ver. Quia clara est intentio papae: par. 4. diversor.

19 Ideo: si episcopus, vel Rector agat petitorio judicio contra pensionarium, negans se pensionem debere, aut dicens pensionem esse nullam, tene-

B b 2

148

tur pensionarius assumere onus probandi, quod titulari remaneat congrua, quia ipsius pensionarii intentio fundatur in dispositione conditionali, quae nili iustificetur, illum non relevat, ut l. Si quis pro conditione ff. Si quis omnes causas testam. cum concordant. & ita fuit resolutum in causa Salamantina pensionis. 26. Maij 1593. coram Giphio, apud Garz. de benef. p. 1. c. 5. n. 24. vers. Tertium casus, & in praedicta. decisi. 679. par. 4. divers. Quinimo hoc vendicat sibi locum etiam si titularis reservationi pensionis conferat; quia consensus huiusmodi intelligitur praestitus sub eademmet conditione, sub qua pensio reservata existit, ut in d. Salamantina pensionis, vers. Non obstat, quod titulari conferat. Et hoc casu non sufficit semiplena probatio, sed debet esse plena, ut per Mohed. decisi. 148. & Seraph. d. decisi. 1122. n. 2. Ubi allegantur duae decisiones concordantes. Ceterum isto casu, id est, cum pensio reservatur cum praedicta clausula, dummodo, &c. si sit excessiva, agi potest de sola reductione, non autem de nullitate pensionis in totum, quia non deficit intentio papae reservantis in maiori summa, cui minor inest; nam si voluit reservare pensionem in maiori quantitate fortius in minori, leg. 1. §. Si stipulanti, ff. de ver. oblig. cum similib. Cretcent. decisi. 17. n. 4. de rescriptis, vult. decisi. 34. n. 2. lib. 1. Manrica decisi. 153. n. 2. & 4. Nec papa apposuit conditionem illam, dummodo, &c. ad effectum, ut ea non iustificata pensio in totum reddatur nulla, sed solum ut ad minorem summam reduci possit, ut fuit ponderatum in praedicta Salamantina Pensionis, vers. Nam Papa non apposuit. Verum hoc intelligas in eo tantum casu, in quo pensio fuit quidem reservata conditionaliter cum praedicta clausula, dummodo remaneat tot pro titulari, sed sine expressione certi valoris; tunc enim, ut praedixi, pensio excessiva non est nulla in totum, sed reducibilis, & ita procedunt decisiones praedictae: secus vero si pensio reservata fuerit simul cum praedicta clausula, dummodo, &c. cum expressione certi valoris per ascensum; quia tunc pensio reperitur excessiva, non potest reduci, sed propter subreptionem debet declarari nulla in totum, ut fuit decisum in Perusina parochialis seu pensionis 1. Iulij 1641. coram Dunozeo Decano.

Secundo modo papa reservat pensiones super fructibus mensae episcopalis, vel parochialis, cum clausula prima opposita, videlicet etiam si non remaneat mille pro episcopo, vel centum pro rectore, quod tamen fit admodum raro. Et hoc casu resolutum est episcopum, vel rectorem teneri ad solutionem pensionis cum integritate, etiam si non remaneat mille, vel centum pro sua congrua Ratio est evidens, quia de potestate papae ambigi non potest, c. propositus, de concess. praeb. c. 2. de praeb. lib. 6. & de voluntate constat, quia id verbis expressit, l. Labeo §. Id Tubero ff. de suppellect. legat. Gemm. cons. 61 Super praemisso dubio, in prime, Bald. cons. 30. Verba praemissa in prime, vers. Aut est dubium lib. 1. & tenetur Trident. Concilio derogasse, cum statuerit contrarium eius quod Concilium disponit in d. c. 13. §. Ad haec, ff. 24. ut dixi in c. Ex parte n. 26. de privileg. Et extat motus proprius Pij V. quem retuli in c. Nulla, n. 86. de concess. praeb.

Tertio modo Papa reservat pensiones cum praedicta clausula, etiam si non remaneat mille, &c.

non quidem expressa, sed tacite subintellecta, puta quia in cedula Consistoriali fuit expressus valor fructuum mensae episcopalis per ascensum in ducatis, v. g. mille: & nihilominus pensio fuit reservata in ducatis quingentis. Et hoc tertio casu pariter episcopus tenetur ad solutionem integre pensionis, licet non remaneat mille pro sua congrua, nec potest petere reductionem, quia Papa etiam isto casu censetur voluisse derogare decreto Concilij Tridentini d. c. 13. Quia cum sciverit valorem fructuum, iuxta quem non remaneat mille pro episcopo, talis incientia habet vim clausulae non obstanti, Felin. in c. Nonnulli, n. 13, vers. Fallit ratio, de rescriptis, & in proprijs terminis resolvit Rotam in causa S. Angeli Pensionis 16. Decembris 1594. coram Card. Pamphilio. & in Terreten. Pensionis, 23. Ianuarij 1602. coram Ortembergo, quae referuntur in Campanien. Pensionis 22. Ianuarij 1509. coram Iusto, impressa apud Marchesanum de commiss. p. 1. Julij 547.

Quarto demum modo Papa reservat pensionem pure, & sine praedicta clausula nec expressa, nec tacite subintellecta, puta quia fructus mensae episcopalis per ascensum expressi fuerunt in ducatis mille, & quingentis, & pensio reservata fuit solum in ducatis quingentis, & in hoc ultimo casu si facta fructuum liquidatione appareat pensionem esse excessivam, & non remanere episcopo ducatos mille pro sua congrua, & Papam fuisse deceptum in expressione valoris narrati in cedula Consistoriali; tunc pensio erit retinenda, ita ut episcopo remaneant mille pro sua sustentatione, ut fuit decisum in dicta Campanien. pensionis, hoc enim casu Papa non censetur voluisse derogare, quin potius se conformare decreto Concilij Tridentini, & ad excludendam scientiam papae de vero valore, secundum Rotam ubi supra, satis est in informatione valoris pro prohibitione Ecclesiae in Consistorio testes deputant fructus Ecclesiae ascendere ad dictos ducatos mille, & quingentos; quia haec probatio licet non fuisset sufficiens ad probandum verum valorem, infirmavit saltem animum papae, quod reservata pensio quingentorum ducatorum, nihilominus remanebant mille pro sustentatione episcopi. Unde non potest concludi, Papam voluisse derogare Concilio, sed potius praesumendum est se voluisse cum Concilio conformare, ut ibi per Rotam. Sed ante factam liquidationem fructuum Episcopus non potest detrachere liquidationem pensionis hoc praetextu, quod non remaneat mille pro sua congrua, ut colligitur ex eadem decisione.

DE SOLVTIONIBVS.

Cap. Odoardus.

SVM MARIVM.

Debitor, qui non est solvendo, non debet excommunicari, quia non solvit, absoluitur cum cautione de solvendo si ad pinguiores fortunam devenierit.

Clericus qui non est solvendo, non debet excommunicari, nec aliter molestari, praestabit tamen cautionem saltem iuratoriā de solvendo, cum pervenerit ad pinguiores fortunam.

Clericus pro debito civili excommunicari potest, si constanter resistat praecipio iudicis de satisfactione, sed non debet carceribus mancipari, sed

sed

Sed ex Concilio Tridentino excommunicari non debet nisi in subditum.

Ab excommunicatione iniusta non fit absolutio, sed relaxatio.

Contrarium.

Declaratur, si iniustitia sit notoria, n. 9. 10. & 11.

Relaxare, & adolvere an, & in quo asservant, & n. 9.

Absolutio ab excommunicatione iniusta datur sine iuramento, & cautione de parendo mandatu Ecclesiae, & solutionis expensarum.

Absolutio competit in dubio, relaxatio quando de iniustitia evidenter constat, & n. 11.

Excommunicatio notorie iniusta, ut quia sit lata contra debitorem, qui notorie non est solvendo, an sit ipso iure nulla, & n. seqq.

Error expressus in sententia an eam reddat nullam ipso iure.

Debitor ad hoc ut gaudeat beneficio huius c. Odoardus, quae requisita debeant concurrere, & n. seqq. usque ad n. 70.

Debitor laicus, nisi cedat bonis, pro debito civili in solidum conveniri, & in carcerem detrudi potest.

Cessio bonorum fieri debet usque ad ultimum quadrantem.

Non tamen auferantur panis de dorso, n. 16.

Damnatis ad ultimum supplicium vestes non auferuntur.

Debitor laicus si quid acquirat post cessionem bonorum, non convenitur nisi in quantum facere potest.

Miles, maritus, donator, & alij privilegiari de iure civili sine ulla bonorum cessione conveniuntur quatenus facere possunt.

Miles armatus, legatus, & caelestis militiae equiparatur quoad beneficium, ut non conveniantur nisi in quantum facere possunt, habita ratione ne egent.

Clerici etiam prima non iure gaudent beneficio huius cap.

Quamvis non sint beneficiarii, nec habitum, & consuram deserant, nec alicui Ecclesiae inservant.

Tridentinum Concilium c. 6. sess. 23. non admittit clericis non habentibus requisita nisi privilegium fori. Privilegium vero huius cap. & reliqua remanserunt in dispositione iuris communis.

Clericus conjugatus gaudet privilegio fori, & Canonum, sed non privilegio huius cap.

Clericus, qui abjecto habitu clericali gessit se publice pro laico, non gaudet beneficio huius cap. Secus si gerat se pro clerico, licet non habeat requisita Concilij Tridentini.

Clericus non habens requisita Concilij Tridentini, quamvis non gaudet privilegio fori, tamen si gerat se pro clerico, potest puniri etiam ab Episcopo, & est locus praevencionis.

Actio in manu est, quam inopia debitoris excludit.

Periculo eius qui nihil habet, nihil esse potest.

Pauperitas in quibus profert.

Solutio partis debiti regulariter non admittitur creditore invito, sed fallit in clerico, qui pro parte non est solvendo.

Clericus non gaudet privilegio huius cap. Odoardus, si creditor sit ipso pauperior.

Clericus ut gaudeat beneficio huius cap. pauperitatem probare debet.

Pauperitas qualiter probetur.

Mendicans praesumitur pauper, nisi creditores probent contrarium.

Pauperas probatur eo ipso, quod alicui cedat bonis, nec eius corpus debet per se a deicerni.

Clericus, qui in ludis perhibitis, vel luxuriose vivendo bona sua dissipavit, non gaudet beneficio huius cap. & n. 39. & n. 40.

Contrarium, n. 41.

Clericus censetur tacite renunciare beneficio huius cap. Si dolo, vel fraude factus est inops, & n. 44. & n. 46.

Vel si prioribus creditoribus praesumpserit posteriores, n. 38.

Alienans omnia bona sua, vel maiorem partem, etiam interpellatus vicibus praesumitur hoc fecisse in fraudem creditorum.

Meretrices devarant animas perditorum.

Ludus Azeardi, & aliarum multos de pauperare consueverunt.

Nomina debent esse consequentia rebus.

Doloso non est admittendus ad beneficium cessio, vel ad beneficium huius cap. Odoardus, vel cap. Pervenit, de fidei iuror.

Spoilator, qui fraudem adhibuit, non admittitur ad beneficium huius cap.

Alienans bona sua in fraudem creditorum non gaudet beneficio huius cap.

Clericus non gaudet beneficio huius cap. Nisi conveniatur civiliter, vel pro maleficio ad interesse praestandum.

Secus si agatur criminally ad poenam, vel poenitentiam imponendam, quia non fit commutatio poenae pecuniariae in corporalem, nisi actore volente.

Et hoc si poena applicetur parti, secus si applicetur fisco, n. 50.

In iuriarum actio proponitur tanquam ad vindictam.

Debitor, qui luit in corpore, liberatur ab obligatione vendendi poenam pecuniariam.

Clericus ita demum gaudet privilegio huius cap. si conveniatur actione personalis, secus si actione reali, ut de positi, c. 6. & n. 54.

Maritus non tenetur ultra, quam facere potest, si conveniatur actione personalis, si cuius actione in rem.

Clericus non gaudet privilegio huius cap. Nisi debitum consecratur.

Et multo minus si debitum pertinaciter neget, n. 57. & 58.

Si cedat bonis antequam condemnetur, vel debitum in iure consecratur, non est audiendus.

Clericus gaudet privilegio huius cap. Absque ulla bonorum cessione, secus si persona non privilegiatus, & n. seqq. usque ad n. 64.

Cessio bonorum quamvis insanam iurum irroget, tamen sigillatim cedentis saltem quoad insaniam facti.

Cessio bonorum alicui fit cum infamia, & vituperatio.

Roma si super leonem marmoreum penes scalam Capitolij.

Beneficium cap. Odoardus, & cap. Pervenit, ex Constitutione Pij IV. non datur debitoribus in Urbibus, nisi gesserint birretum viride.

Cessio bonorum de iure fit nudo verbo coram iudice, & impotentia solvendi non extinguit obligationem, sed suspendit illius effectum in tempus superioris fortunae.

Clericus inops cum ad pinguiores fortunam pervenerit, non tenetur in totum sed in quantum facere potest habita ratione ne egent.

- 66 Clericus semel admissus ad beneficium huius cap. non prohibetur iterum admitti.
- 67 Cuius bonorum potest reitari.
- 68 Clericus non admittitur ad beneficium huius cap. nisi praesert juratoriam cautionem de solvendo cum ad pinguem fortunam devenit, & n. seq.
- 69 Cautionis nomine una promissio intelligitur, sed cum additur idonea, vel sufficiens, debet esse pinguis, vel fidelis, & soluta.
- 70 Beneficio ne quis conveniatur ultra quam facere potest, si competat ratione persona privilegiata, non potest renunciari: sed si ratione contractus, non potest renunciari: sed si ratione contractus, non potest renunciari.
- 71 Fallit in renunciatione tacita, quae fit per actum contrarium.
- 72 Privilegio fori expressè renunciare non potest Clericus, etiam cum iuramento: potest tamen tacite habere, vel iuramentum deservendo, aut Ecclesia non interviendo, & n. 78.
- 73 Clericus an possit cum iuramento renunciare beneficio huius cap.
- 74 Beneficium huius cap. Odoardus, habet duos effectus.
- 75 Privilegio ne quis deturatur in carcerem renunciare non potest etiam cum iuramento.
- 76 Carceris squalor est contra naturalem aequitatem.
- 77 Carcer est species servitutis.
- 78 Privilegio ne quis conveniatur ultra quam facere potest, si competat ob reverentiam persona, renunciare non potest etiam cum iuramento.
- 79 Beneficium non fruitur beneficio huius cap. contra pensionarium, si per se ipsum consenserit reservationi personae, & n. seqq.
- 80 Secus si successerit in beneficio gravato, & non consenserit per seipsum.
- 81 Pensioni consentiens sub solitis censuris si non solvit in tempore, ex stylo Rotae illos incurrit sine alia litterarum intimatione.

**O**DOARDUS. Debitor, qui non est solvendo, excommunicatur quia non solvit, absolvitur cum cautione de solvendo si ad pinguem fortunam devenit. Hoc dicit Jo. Andr. Butr. Cardin. Anchar. & Imol. Vel notabilis secundum Abbatem: Si Clericus non habeat unde satisfaciat suis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter molestari; praestabit tamen cautionem, saltem juratoriam, de solvendo cum pervenerit ad pinguem fortunam. Hoc dicit, & secundum eum est casus valde singularis, cum nullam faciamentionem de cessione bonorum, licet glossa, & Doctores aliter sentiant, de quo latius dicam infra in 2. requisito, num. 59. Dividitur in duas partes: nam primo ponit querelam impetrantis. Secundo dat iudices, ibi Mandamus. Est et celebris cap. Et usus forensi admodum frequens.

Nota primum, ibi, excommunicationis sententiam promulgavit. Pro debito civili posse clericum excommunicari, si contumaciter resistat praecipio iudicis de satisfaciendo, sed non debet carceribus mancipari, ut hic per Abbatem in 1. & 2. not. & ita ordo canonum est, ut contra debitores contumaces primo adhibeantur censurae, quod est remedium ordinarium cap. Dilata, de sentent. excomm. lib. 6. ac deinde in subsidium cum scilicet censura ecclesiastica non proficit, deveniendum

fit ad distractionem personalem, quae est remedium extraordinarium, iuxta notata in c. 1. de officio Ordinar. Sed hoc ordine inverso est procedendum: nam primo debitorum debent in carceres committi, & in subsidium excommunicari, propter jus novissimum Concilii Trid. c. 3. sess. 25. quo mandatur iudicibus ecclesiasticis, ut in causis judicialibus quandoctumque executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam definiendo a censuris ecclesiasticis, sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscumque etiam laicos per captionem pignorum, personarumque distractionem procedere. Ponderanda enim sunt illa verba, contra quoscumque etiam laicos, quae aperte ostendunt etiam contra Clericos in causis civilibus utendum esse remedium executionis, seu distractionis personalis, nec recurendum esse ad remedium hodie extraordinarium censurarum, nisi in subsidium, videlicet ubi executio realis, vel personalis fieri non potest. De quo dic, ut plene scripsi in c. Perrenit, num. 30. infra de adulter. quod bene nota.

Secundo nota ibi, sine difficultate aliqua relaxatus, secundum Abbatem in 4. not. a sententia excommunicationis injusta non fieri absolutio nem, sed relaxationem sine alia difficultate. Sed hoc non videtur verum, quia cum sententia quoad ecclesiam liget, necessaria est absolutio, textus est in c. Per tuas, & ibi omnes, infra de sent. excomm. n. 4. verbum enim, relaxatus, hic positum, idem importat, quod absolvatus, cap. soler, eod. tit. lib. 6. cap. Capitulum, in fin. supra de rescript. cum multis similibus, & ita exponunt Jo. Andr. & sequaces in summario text. dum dicunt debitorem excommunicatum, quia non solvit, absolvi, &c. Sed & Petrus de Anchar. in 4. not. & Jo. de Anan. nu. 10. notant, quod Papa mandat hunc Clericum absolvi si consiterit de inopia. Nec resistantur verba illa textus sine difficultate aliqua. Quia exponuntur, id est, sine iuramento, & cautione de parento mandatis ecclesiae, & solutionis expensarum. Huiusmodi enim formalitates in absoluteione hoc casum non sunt necessarij servandae; quia sententia quoad Deum non ligat, secundum Host. hic n. 7. Jo. Andr. n. 3. in ver. Difficultate, & in ver. Relaxatus, Anchar. in 6. not. & Cardin. num. 5. in 2.

9 oppositio. Pro dicto tamen Abbatis facit quod notant Host. in cap. 1. num. 36. & Jo. Andr. num. 8. vers. Superior autem, de sent. excomm. lib. 6. ubi dicitur: aliquid sonat, & significat absolvere, & aliud revocare, seu relaxare: nam absolutio competit in dubio, revocatio autem, vel relaxatio quando de iniuria evidenter constat, & concordat ibi Archid. sub num. 13. vers. Sed hoc non videtur bene dictum. At responderi potest dictum Hostiensis: & sequacium procedere quando sententia est notorie injusta, quia tunc non ligat etiam quoad ecclesiam, & ideo non requiritur absolutio, ut dicam in sequenti notabili.

11 Tertio nota in eod. ver. relaxatus, sententiam excommunicationis latam contra clericum, qui non est solvendo, non esse nullam, sed revocandam, & relaxandam, ut dixi in precedenti not. Sed hoc intelligit gl. 3. quando clericus non cessit bonis, nec evidenter nota erat illius paupertas, nec

nec iudici constabat de veritate, prout erat in casu huius cap. patet ibi, quatenus si cessiterit quod praedictus Odoardus in totum, vel pro parte non possit solvere: Tunc enim propter dubium sententia tenet, sed veritate comperta, mandatur relaxari, ut in text. Et est simile in c. Significantiibus, infra de purgatione: vniuersarum: alioquin si certum esset eum non esse solvendo, idque constaret iudici, sententia, seu praecipium non teneret, nec eum obligaret, l. Paulus, ff. Quae sententia sine appellat. resind. quia impossibile nulla est obligatio, l. Impossibile, ff. de regul. iur. Subdit tamen glossa, quod si teneret, tamen injusta esset; & ideo sine difficultate esset solvendus, & iudex teneretur ei ad interesse, c. Sacer, de sent. excomm. & hoc dicit esse tutius.

Et ex hoc generaliter potest inferri ad quaestionem, Numquid excommunicatio lata contra debitorem notorie non valentem solvere, teneat, vel sit nulla, intellige in foro externo: nam quoad Deum attenditur veritas, & ideo talis debitor non est illaqueatus, c. Anobis, ille secundo, de sent. excomm. glossa, penult. in c. Romana, §. Si uniuersitatem, eod. tit. lib. 6. Host. hic num. 7. in ver. Relaxatus, Jo. Andr. n. 3. in eod. ver. Butr. n. 6. Anchar. in 6. not. & alii committunt. Est igitur quaestio Numquid in foro externo, & quoad ecclesiam notoria iniustitia reddat excommunicationem ipso iure nullam, Glossa praelegata arguit pro, & contra, & tandem videtur sentire huiusmodi sententiam ligare, dum dicit hoc esse tutius. Sed Host. hic n. 4. dicit sententiam excommunicationis latam contra eum, cuius nota erat paupertas, non ligare, & in hoc c. ideo sententiam tenuisse, quia ille clericus non cesserat bonis, nec evidenter nota erat paupertas, nec iudici constabat de veritate; & si quamvis sententia sit lata male quoad veritatem, non tamen quoad opinionem; & ideo est tenenda. Ant. de Butr. hic n. 12. concordando opinionem distinguunt sic. Aut inopia est notoria, & sententia est nulla, vel ut lata contra notorium, secundum ea quae idem Butr. dixit in c. Excommunicatio, de rescript. Facit c. Per tuas, de sent. excomm. & c. Inter ceteras, de re iudic. & quod notat Paul. de Eleazar in Clem. Pastoralis, eod. tit. Aut inopia non est notoria: & procedit opinio glossae, arg. c. 1. n. 9. 3. ubi dicitur sententiam Pastoris, siue iustam, siue iniustam timendam esse, Eadem concordiam ante ipsum posuit Collectar. hic n. 10. dicens eum, qui cessit bonis, vel notorie non est solvendo, non ligari excommunicatione, quia impossibile praecipium iudicis non obligat, & ita intelligit glossa Bernar. hic. Sed Cardin. n. 5. in prima oppositioe tenet opinionem glossae, videlicet etiam si certum sit debitorem non esse solvendo, excommunicationem esse validam, licet sit iniusta. Facit quod notatur in c. 2. in fine glossa, de testib. cogend. Similiter Jo. de Imol. hic num. 177. recitat opinionibus Cardinalis, & Butrii, tandem refidet cum glossa, quia aliquid esse inopem, & sic non solvendo, cum videatur esse negativa, non bene potest in notorium transire: nam possibile est ut habeat pecunias occultatas, quod etiam dicit Ludovicus Romanus cons. 163. Constitutio enim quinta, vers. Quintimo. Facit secundum Imol. quod legitur, & notatur per Legistas in Authent. qui semel, c. Quomodo, & quando iudic. Subdit tamen quod si error esset

expressus in sententia, ut quia iudex dixisset, Excommunico talem Clericum, licet bonis cesserit, vel non sit solvendo, sententia esset nulla per id, quod habetur in d. c. Per tuas, de sent. excomm. De quo articulo vide latissime per Felin. in c. Inter ceteras, n. 5. de re iudic. ubi ponit conclusionem, quod sententia lata ex causa notorie falsa est nulla. Et responderi objectis, & ampliari dupliciter, videlicet in notorio transiens, & in sententia excommunicationis. Et n. 6. ponit quatuor declarationes, quas per te videas Demum Abbas hic n. 9. relata distinctione Antonii de Butrio dicit in aliis sententiis, quam excommunicationis posse admitti, ut notoria iniustitia reddat sententiam nullam, ut est notabile dictum Innocentii in c. Fraternitatis, n. 5. post prima vers. Et idem est etiam si notorie, de frigid. & malefic. & facit text. in d. c. Inter ceteras, de re iudic. & tenent plurimi, quos ibi cumulat, & sequitur Felin. num. 1. ubi late firmat notoriam iniustitiam sententiae, etiam in ea non expressam reddere eam invalidam, & n. 1. r. ampliari, etiam si notorias post sententiam superveniat. Sed in sententia excommunicationis, ut Abbas dicit, Archidiaconus in c. Venerabilibus, n. 6. circa finem, de sent. excomm. lib. 6. sententia videtur excommunicationem semper tenere, quando error non fuit expressus in sententia, vel quoad sententia fuit data post appellationem, per id, quod legitur, & notatur in c. Romana, §. In uniuersitate, de sent. excomm. lib. 6. ubi glossa, in ver. Penitus, dicit tutius esse tenere, ut sententia excommunicationis liget, quamvis sit iniusta. Sed nihilominus Abbas concludit opinionem contra glossa, de rigore, & subtilitate juris esse veriorum: nam ubi est notorietas, est praesumptio contra sententiam: unde non apparet ratio quare Ecclesia velit aliquem iniuste ligare, cum apud Deum ligatus non sit, ut in c. 1. de re iudic. lib. 6. Hoc ipsum notat idem Abb. in c. Per tuas, n. 11. vers. Aut continet errorem juris, de sent. excomm. Butr. in c. Cum M. Ferrariensis, n. 59. in fin. vers. Nota hoc dictum, de Constitut. Cardin. post Paulum de Eleazar. in Clem. Pastoralis, n. 6. in 7. notab. de re iudic. quos refert, & sequitur Felin. in d. c. Inter ceteras, n. 5. post. prima vers. Et licet text. eod. tit. Ego hanc sententiam puto verissimam, & fortificando rationem Abbatis pondero text. in c. Anobis, ille 2. de sent. excomm. Nam ibi dicitur inter dum contingere, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit solutus; & e converso, qui liber est apud Deum, ecclesiastica sit sententia innotata. Et assignatur ratio huius differentiae, quia iudicium Dei veritati, quae non fallit, nec fallitur, semper innititur: iudicium autem Ecclesiae non annuam quam opinionem sequitur, quam & fallere saepe contingit, & falli. In tantum igitur sententia excommunicationis iniusta non ligat quoad Deum, sed ligat quoad Ecclesiam, quia iudicium Dei non fallitur, cum veritati innititur; sed bene fallitur iudicium Ecclesiae, quod opinionem sequitur. Ergo si iudicium Ecclesiae non fallatur, sententia iniusta etiam quoad Ecclesiam non ligabit, sed stante notorio, & evidenti iniustitia, Ecclesia non fallitur, quia tunc innititur veritati, c. Veritate manifesta, 8. dist. c. Evidentia, infra de accusat. Ergo sententia notorie iniusta non ligat, etiam quoad Ecclesiam, hoc enim casu non est difficultas inter iudicium Dei, & Ecclesiam, quia utriusque

que in nictur veritati, ac proinde sententia ex-communicationis in utroque foro est nulla, si sit evidenter iniusta.

- 13 Ultimo nota ex text. decem requisita, quae simul debent concurrere ad hoc ut debitor gaudeat beneficio iuris c.
- 14 Primo enim requiritur, ut sit clericus, prout erat iste Odoardus, ut patet ibi, Odoardus clericus, nam debitor laicus non fruitur hoc privilegio, & nisi cesserit bonis, potest pro debito civili in solidum conveniri, & in carcerem detrudi, l. c. qui bon. ced. poss. & tormentis subijci, c. Gravii, supra de depof. & qui non habet in aere, luit in corpore, l. fin. ff. de in iur. voc. Anchar. hic n. 7. in prima, & secunda oppos. Imo cedere debet omnibus bonis usque ad ultimum quadrantem, ut hic per collect. n. 6. & per Cyn. in l. 1. num. 4. c. qui bon. ced. poss. & secundum aliquos in actu cessionis spoliari potest etiam interdu, id est veste intima, & corpori proxima. Sed alii humanitatis dicunt non auferri pannos de dorso, quia nec auferuntur damnatis ad ultimum supplicium, l. Divus, ff. de bon. damnat. & tenent in l. fin. c. qui bon. ced. poss. in 4. quest. Bart. in l. Qui cedit, n. 5. ff. de cession. bonorum: & firmant hic Collect. dicto n. 6. Butr. n. 9. Anchar. num. 7. post prim. vers. Si vero cessionis beneficio Jo. de Anan. num. 2. & Abb. num. 8. dicens ita communiter teneri. Si quid vero acquisiverit post cessionem, non convenitur, nisi in quantum facere potest, & sic deductio ne egeat, ut l. Is qui, la secunda, ff. de cession. bonorum, Butr. hic. d. nam. 9. & Anchar. num. 7. 2. oppos. Speciale enim est in milite, marito, donatore, patrono, & quibusdam aliis, ut de iure civili sine ulla bonorum cessione conveniantur quatenus facere possunt, ut patet in l. Miles, in princ. & in l. Si quis, cum seq. ff. de re iudicat. Ergo contrarium est generale in aliis laicis, c. Praesentis, §. Loca, cum glof. in ver. Specialiter, de preben. lib. 6. Et quia clerici sunt milites caelestis militiae, cap. Christianis, 11. quest. 1. Clem. Gravii, iuncta glof. in ver. Militia, de celebrat. Missarum, ideo multo magis gaudent privilegio huius cap. ut arguit glof. in d. l. Miles, in ver. Facere, ff. de re iudicata, dicens milites caelestis militiae multo magis gaudere privilegio illius textus, ut non cogantur nisi in quantum facere possunt, deductio ne egeant, arg. l. sacrosancta, c. de Episcop. & Cleric. cum per eos summi Numinis veniam speremus, ut epistola, Inter claras, c. de Summa Trinit. & fid. Cathol. & eam glossam commendat Bart. in d. l. Miles, n. 3. & signat milites armatos militia legalis, & militiae caelestis habere beneficium non conveniantur, nisi in quantum facere possunt. & sequitur ibidem Ripa n. 7. dicens opinionem glof. & Bart. communiter teneri a Legistis, & a Panormo, & Canonistis communiter in hoc cap. Quo argumento a milite armatae militiae utitur etiam Anchar. hic in 2. notab. Abb. n. 8. vers. Sed in clerico, Roman. conf. 369. circa primum, n. 3. Et ex hoc notabiliter infero, ut hoc beneficium competat non tantum Clericis in sacris Ordinibus constitutis, sed etiam in minoribus, quinimo, & prima tonsura initiatis: nam & ipsi dicuntur milites caelestis militiae, ut sunt iura clara in d. c. Christianis; in c. Degradatio, de penis lib. 6. & in c. Nullus Episcoporum, 3. dist. veniunt appellatione clericorum glof. in Clem. 2. in ver. Clericus, de vit. a. & honest. cleric. & gaudet omnibus privilegiis cle-

ricalibus, ut in Pontificali Romano in tit. de Cler. facien. ibi, hodie de foro Ecclesiae factus es, & privilegia clericali sortitus es, Covar. praed. quest. c. 31. sub n. 9. & plenè probavimus in c. Cam contingat, n. 112. & n. 128. & 129. supra de arat. & qualitat. Unde gaudere debent etiam hoc beneficium, ut non conveniantur nisi in quantum facere possunt, quod tenet expressè Nevizanus cõsil. 59. n. 3. Rol. à Valle conf. 16. n. 11. lib. 4. & alii, quos novissimè cumulat Carol. de Grall. in tract. de effect. cleric. effect. 7. in 1. ampliat. n. 4. & fatetur esse communem opinionem, Covar. var. resolut. lib. 2. c. 1. n. 9. & quamvis ipse videatur sentire hoc beneficium non competere nisi clericis in sacris ordinibus, vel beneficiatis, & Ecclesiae intervientibus, non autem aliis clericis minorum ordinum, quod etiam censuit Ripa in dicta l. Miles, n. 7. in fin. vers. Quid tenendum ff. de re iudicat. & Farnacc. in praxi crim. quest. 77. n. 69. Item quamvis Carolus de Grassis ubi supra, opinetur dispositionem huius c. procedere etiam in clericis minorum ordinum, & prima tonsura, dummodo observent disposita per Concilium Tridentinum, sess. 23. c. 6. videlicet ut incedant in habitu, & tonsura, & alicui Ecclesiae de mandato Episcopi interserviant, sint beneficiati; tamen hoc non credo verum, quia nimis restringit generalitatem huius text. Non enim apparet illud Odoardum fuisse in sacris ordinibus constitutum, & textus simpliciter eum appellat Clericum, cuius appellatione venit etiam prima tonsura initiatus, ut ostentium est supra; nec apparet eum fuisse beneficiatum, ut hic per Abbatem in fin. imò potius constat de opposito, secundum Cardin. n. 6. in fin. vers. Secundo, quia si fuisset beneficiatus, potuisset solvere de redditibus beneficii, ut cap. Pervenit, supra de fideiuss. Nec applicatur Concilium d. cap. 6. quia non ademit clericis non habentibus requisita ibi praescripta, nisi privilegium foris cetera, vel privilegia, ut canonis, exemptionis a vestigiis, & consimilia remanserunt in dispositione iuris communis, ut multoties declaravit Sacra Congregatio a iudicem Cõcilio interpres. Privilegium autem huius cap. est omnino diversum a privilegio fori; & quod ex eo convincitur manifestè, quia clericus conjugatus gaudet privilegio fori, & canonis, ut in c. unico de Cleric. conjugat. lib. 6. & in dicto cap. 6. in fin. sess. 23. & tamen non gaudet privilegio huius c. ut in puncto tradit Anchar. in d. c. unico, num. 4. ad fin. vers. Sed nunquid habebit, Natta conf. 319. Regulariter, n. 5. & 6. & conf. 356. Non est opus, num. 1. ergo clerici etiam prima tonsura non habentes requisita dicti cap. 6. retinent beneficium huius cap. cum eis ademptum non fuerit: nam quod non mutatur, & c. l. Sancimus, c. de restam. l. Praecipimus, in fin. c. de appell. glof. in c. Constitutionem, in ver. Prorogamus de regular. lib. 6. Pro concordia tamen potest sic distinguui. Nam aut clericus minorum Ordinum abjecto clericali habitu gerit se publicè pro laico, iuxta text. in c. Si iudex laicus, de sentent. excomm. lib. 6. quod potest facere, ut in c. 1. & 3. de Apstat. c. 1. & cap. Cum olim, & c. final. de cleric. conjugat. & tunc non gaudet beneficio huius c. Quia etsi characterem indelebilem non amittit, tamen in omnibus reputatur ut laicus, & omni privilegio clericali nudatus remanet, ut inpraelegatis iuribus. Aut

Autenon gerit se publicè pro laico, sed adhuc retinet vestigia clericatus, & clericalem habitum gerit. Et hoc casu gaudet hoc beneficio, licet Ecclesiae non interserviat, nec beneficium Ecclesiasticum habeat, quia per hoc non perdit nisi privilegium fori, ut dictum est, & est simile: Nam clericus non habens requisita Concilii non gaudet privilegio fori, & potest a iudice laico personaliter distringi, ac puniri: & tamen non prohibetur Episcopus in eum animadvertere, & est locus praeventioni, dummodo talis adhuc remaneat clericus, id est dummodo pro clerico publicè se gerat; seculus verò si dimisso habitu clericali, gerat se publicè pro laico, quia tunc Episcopus non alia iurisdictione in eum uti potest, nisi qua utitur in merè laicos, scilicet in causis ecclesiasticis, & mixti fori, ut ex sententia Sacrae Congregationis Concilii dixi in c. Si quis, n. 7. supra de foro compet. Idem ergo dicendum in terminis huius Decretalis.

26 Secundo requiritur ut debitor non sit solvendo, ut patet in text. ibi, propter rerum inopiam solvere non valentem: nec non ibi, non possit solvere; nam talis non potest dici, Redde quod accepisti, cap. Si res. 22. q. 5. c. Cum tu, de usur. quia inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, l. Nam is, ff. de dol. c. Olim. it. l. supra de resitut. spoliator, & periculo ejus, qui nihil habet, nihil esse potest, l. 28. Itaque sullo, ff. de fort. c. Daibertum, 1. q. 7. Itaque paupertas actionem reddit inane, liberat à periculo, securitatem à latronibus praestat. Unde Juvenalis quato:

Cantabit vinctus coram Latrone viator.

Goffred. hic, Host. n. 4. Jo. Andr. n. 7. vers. In glof. 3. & sic paupertas quodque prodest, sed à tali prodesse liberet nos Deus, ut dicit glof. marginal. in §. Valle enim, in ver. Egentis, Infitur, Quibus ex caus. manumit, non licet, post Cynum in l. Si quis ad declinandam, in fin. c. de Episc. & Cler. Adverte tamen, quia hic text. non loquitur de Clerico, qui nihil penitus habet in bonis; sed de eo, qui in totum, vel pro parte non potest solvere, ut dicitur in litera. Unde hoc casu admittitur non idonei debitoris particularis solutio, & partem illam, quam potest solvere, coguntur creditores recipere, ut hic per Anchar. in 5. not. & Imol. n. 1. licet regulariter cum delictum est liquidum, non admittatur particularis solutio creditore invito, ut legitur, & notatur in l. Quidam existimaverunt, & ibi glof. penult. ff. Si certum petatur, & in l. Tutor, §. Lucius, ff. de usur. Verum tamen si creditor esset pauperior clerico debitor, hoc casu ipse clericus non posset teneri beneficio huius c. Quia privilegiatum non vititur privilegio contra privilegium, l. Verum §. si, ff. de minor. & tradunt Andreas Barbat. hic n. 2. & Nevizan. conf. 59.

31 Tertio requiritur, ut de huiusmodi paupertate constet, ut patet in littera ibi, Quatenus si constituerit, quod praedictus Odoardus in totum, vel pro parte non possit solvere. Rota dec. 998. part. 3. d. vers. ubi propterea decisum fuit quendam Abbatem, qui habebat beneficium valoris quinquaginta, non esse admittendum ad beneficium huius c. Odoardus; quia constabat eum non esse pauperem. & ideo Rota assignavit Abbati scuta triginta pro vitu & scuta viginti assignavit creditoribus. Confer Seraph. dec. 173. n. 7. Constabat autem de paupertate per famam, nuditatem, & inedia notoriam, quia scilicet ostiunt mendicari verè, & sine

fraude: alius enim puniretur, ut l. unica, c. de Mendicantibus valid. lib. 1. praesumitur tamen inops ex quo mendicat, nisi creditores probent contrarium, id est quod occultos loculos habeat, & secundum hoc intelligitur l. Si creditor, ff. de privileg. credit. l. Si verò §. Qui pro rei qualitate, ff. qui sciudare cogantur, & l. Ex persona, c. de prob. & c. 1. supra de depof. Vel probatur paupertas eo ipso quod bonis cessit, nec corpus debet postea detineri, ut l. 1. c. qui bon. cedere poss. & c. 2. de pignori. & ita hic firmat Hostien. num. 4. vers. Sed qualiter constabit de hoc Jo. Andr. num. 3. in ver. Constituerit, Henric. Boich. n. 16. Butr. n. 5. Cardin. n. 7. Imol. n. 19. & 20. & Anchar. in 4. not. qui tamen remittit ad Authen. Praeterea, c. Vnde vir. & uxor. & l. Si constante, ff. solut. matrim. & cap. final. supra de praesumpt.

35 Quarto requiritur secundum aliquos, ut clericus debitor ad hanc paupertatem, vel inopiam redactus sit, non ex propria culpa: nam si in ludis prohibitis, vel luxuriose vivendo sustulit suam distipationem, non gaudebit beneficio huius cap. ut respondit Ferrer. conf. 144. Quertur in effectu utrum clericus, n. 3. allegat Baid. in l. 1. c. i. fin. num. 14. vers. Sed renunciatio tacita, c. qui bonu. cedere possunt, ubi tenet clericum cesserit tacite renunciare beneficio huius c. Primò si pertinaciter neget debitum. Secundò, si dolo, vel fraude factus est inops; quod praesumitur si alienavit omnia sua bona vel majorem partem, ut l. Omnes, §. Lucius, ff. Quo in fraudem creditorum, Sive simul & semel, live interpellatis vicibus, l. Nomen, §. Fictio, ff. de legat. 3. Tertio, si prioribus creditoribus praeposuit posteriores ad l. fin. §. Et si praesatum, c. de iur. deliber. & l. Legis Iulia, c. Qui bon. ced. poss. Quarto si bona sua consumpserit in ludo perditionis, ut l. Si quis cum iuror. ff. de Vsuca, pro empt.

40 Quintò si ea dissipavit cum meretricibus, quae devorant animas perditionum, ut l. 1. c. de Natural. liber. & sequuntur ex recentior. Marc. Ant. Genuen. in prax. Archiepisc. curia Neapoli. c. 3. n. 8. Carol. de Gra. de effect. clericor. effect. 7. n. 51. & modernum Collect. hic n. 21. Sed contrarium tenet Collectarius hic in princ. ubi querit, Quid si clericus culpa sua in paupertatem incidit? Et respondet nihilominus gaudere hoc beneficio, allegat Jo. Andr. in c. Imputari, de regul. iur. lib. 6. & est ex mente Hostien. hic n. 3. ubi exponens ver. Debitus, dicit furiam, occasione azardi contractis, vel meretricis, in quo casu adolescens non obligatur, ut l. Si verò non remunerandi, §. Si adolescens, ff. mandat. & propterea, ut dicit idem Hostien. hic in princ. & Joan. And. n. 1. huic Clerico Odoardo magis conveniebat nomen azardus, quia hic ludus, & ludus etiam alicui multos de paupertate confuevit, ut in littera Graea alearum ludus. Et nomina debent esse consequentia rebus, ut §. Est & aliud, in iur. de donat. & not. in c. Cum secundum Apolliniam, in glof. in ver. Nominis, supra de preben. & ita sentiunt clericum gaudere hoc beneficio, licet bona sua dilapidaverit in meretricibus, & ludis prohibitis, est etiam simile in clerico, qui ex propria culpa in morbum incidit, cui non ideo subtrahuntur emolumenta interservientibus debita, ut dixi in cap. Vt Abbates, num. 36. de etat. & qualitat. & in cap. Licet, n. 147. de preben. Verum tamen si clericus debitor esset in dolo, hoc beneficium non gauderet, Caputaq. dec. 278. par. 1. ubi quod do-

Iofus non est admitendus ad beneficium cessio-  
nis bonorum, vel ad beneficium, c. Odoardus, vel  
c. Peruenit, de fidei iur. Rota, de off. 3. q. 1. p. 3. divers.  
Put. de off. 3. q. 1. & de off. 3. q. 4. lib. 1. Mohed. de off. 1.  
n. 9. de solut. Butr. hic n. 9. & Imol. n. 1. 8. & de  
45 spoliatore, qui fraudem adhibuit, est decisio Ro-  
te in Antiquis de res. spoliar. de off. 2. c. 1. 83. Et  
46 idem si bona sua dilapidasset in fraudem credi-  
torum Dyn. in 8. item si quis in fraudem instrit, de ac-  
tion. Bald. in l. 1. c. Quod boni. ced. poss. n. 4. & n. 14.  
vers. Renuntiatio tacta, Ferrer. d. cons. 1. 4. n. 2.  
47 Quomodo requiritur, ut clericus debitor con-  
veniarur civiliter, prout conventus fuit ille cleri-  
cus Odoardus, ut patet in littera ibi. Super quibus-  
dam debitis conveniens. Unde, ut dicebat notabi-  
liter Innoc. hic in prim. si inops conveniatur ex  
contractu, live ex maleficio ad interesse prestan-  
dum, satis est ut cedat bonis, ut hic patet secun-  
dum unum intellectum. Si vero agatur non tantum  
ad interesse, sed ad penam, live penitentiam im-  
poneendam, ut patet in iur. c. Tua, infra de  
de Pen. tunc si placet atori, pena, live penitentia  
in penam corporalem potest commutari, arg.  
c. Externus, 12. q. 2. sicut & quando iudex ex  
officio procedit ad penitentiam imponendam,  
ut patet in c. 2. vers. nisi nec ad hoc, infra de malef. de.  
49 Pro puro autem interesse clericus pœnz corpo-  
rali non subicitur, sed reservatur in tempus pro-  
terioris fortunæ, ut hic patet 3. ubi vero con-  
venit quis actione injuriarum, quæ ad vindictam  
tantum proponitur, ut etiam aliis criminaliter  
convenitur de crimine, pro quo est pena pecu-  
naria imponenda: tunc potest fieri commutatio  
penæ pœnariæ in corporalem, etiam invito  
actore, ut l. 1. ff. Penus, cap. 1. si fama, infra de sentent.  
50 exom. Alij tamen dicunt hanc commutationem  
habere locum tantummodo ubi pœnz applican-  
tur fisco, quod est semper, nisi in casibus excep-  
tis; sed ubi applicantur certis personis non fit  
commutatio eis invitis. Et in hac ultima opinio-  
ne videtur relidere Innocent. quem totidem ferè  
verbis sequuntur hic Hostiens. num. 5. Jo. Andr.  
num. 8. Butr. eod. n. Collect. num. 5. qui ad idem  
allegat Archid. in cap. Si res, n. 4. 14. q. 6. Anchar.  
num. 7. vers. Oppono, & videtur Abb. num. 5. vers.  
51 Nota solutionem, & Imol. num. 2. 9. dicens ultimam  
opinionem Innocentij esse verioram, quia debi-  
tor tradit temporis devenire posset ad pinguio-  
rem fortunam, ut l. si defunctus, C. Arbitr. cautel.  
Unde interest aitoris, ut non fiat commutatio  
penæ pœnariæ in corporalem, ne debitor libe-  
retur ab obligatione solvendi, prout liberaretur,  
si nolente creditore id fieret, ut notatur in c.  
Sicut dignum, infra de bonicia. ubi glof. in verb. Si  
sicut dignum, circa finem dicit, eum, qui fuit in corpore,  
liberari ab obligatione solvendi penam pecu-  
nariam, per c. Si res, 14. q. 6. & arg. cap. Fratru-  
nitatis, 12. q. 2.  
52 Sexto requiritur, ut Clericus conveniatur ac-  
tione personalis: nam si actione reali convenire-  
tur, ex quo cum nihil contra personam pretendi-  
tur, non posset excipere de hoc privilegio, quod  
personale est, ut notat Aret. in §. Si de iure, vol. 1.  
vers. in ea glossa, in fin. infra de action. Brun. in trad. 3.  
de cess. bonor. quest. 3. num. 14. Et est simile in ma-  
rito, qui licet non teneatur nisi in quantum face-  
re potest, ut l. Marium, ff. solut. matr. in: tamen si  
conveniatur actione in rem, hoc beneficio non

gaderet, ut l. Ne fecimus, §. Tandem, ff. de re iudic. &  
notat Bart. in d. l. Marium, am. n. 1. in 2. oppo-  
54 Quod si, ut clericus sit debitor, ratione depoliti  
excipere non possit de privilegio hujus cap. Mar-  
theus, singul. 60. n. 1. Follet. super Const. Regni  
in tri. de hpi. cap. Cler. cap. Si quis clericus, non  
3. vers. Laminæ predicta.  
55 Septimo requiritur, ut debitor recognoscat,  
ut patet in tex. ibi, recognoscens hujusmodi debi-  
ta, scilicet per confessionem, ut hic in glof. 2. Put.  
56 de off. 3. q. 2. lib. 2. Ergo si clericus cederet bonis an-  
tequam recognosceret debitum, vel antequam  
condemnetur, vel debitum in iure conitere-  
tur, non esset audiendus, ut l. penult. ff. de cess. bonor.  
& notat d. glof. 2. Hostiens. num. 3. in ver. reco-  
gnoscens, & communitate tenetur, ut dicitur  
Butr. nu. 11. & Abb. Sicul. nu. 7. Aff. & de off. 3. q. 2.  
nu. 2. Rationem reddit Abb. Antiquus, 2. quia si  
cederet bonis, cum ex hoc non extinguatur obli-  
gatio, sed remaneat obligatus, si ad fortunam  
perveniret pinguior, nisi ante cessionem con-  
stare deberet, interim posset probationis copia  
deperire, & cum factus esset solvendo, debitum  
probari non posset. Eandem rationem reddide-  
runt hic Vincenc. & Philip. & fuit originaliter  
dictum Placentini secundum Jo. Andr. hic nu. 7.  
Et de forma agnoscendi debitum vide Butr. hic  
16. multo autem magis hæc præcederet si cleri-  
57 cus debitum pertinaciter negaret: nam si postea  
legitimè convinceretur ipsum esse debitorem,  
utique ad beneficium hujus cap. non admittere-  
tur, ut notabiliter decidit Bald. in l. 1. col. fin. nu.  
14. vers. sed renunciatio de b. ta, C. Quod boni. ced. poss.  
Ferrer. cons. 144. n. 2. Mohed. de off. 1. de solut. ubi  
decisum fuit contra executoriales, Clericum  
non admitti ad beneficium hujus cap. Odoardus  
ex Staph. lico de piteris, gratia, fol. 170. quia benefi-  
cium hujusmodi est denegandum illi, qui tor visis  
& subterfugis negavit debitum, ad notata per  
Bart. & Bald. in d. l. 1. c. Quod boni. ced. poss. Angel. &  
Jaf. in §. fin. col. penult. infra de action. Adde Ro-  
tam de off. 3. q. 1. p. 3. divers.  
58 Octavo requiritur secundum unam opinionem,  
ut cedat bonis antequam recognoscat debitum,  
vel in iure constiteatur, aut condemnatur, aliàs e-  
nim additi non debet, ut l. penult. ff. de cess. boni. le-  
gendo litteram cum illa dictione, Non, prout com-  
muniter legitur, & habetur in pandectis Floren-  
tin. & tenet glof. 2. hic Abb. Antiquus, nu. 1. & DD.  
Cæterum adverte, quia hoc potest admitti in  
personis non privilegiatis, juxta tex. in d. l. penult.  
Sed in clerico id nullo iure probatur, imo potius  
probatu oppositum: nam si ille Odoardus cessis-  
set bonis, non fuisset excommunicatus, & Papa de  
hoc mentionem fecisset, ut magis gravaret pro-  
cessum iudicis. Item si Papa intendisset, ut ille de-  
beret cedere, quem admodum mandavit, ut prius  
reciperet cautio, ita mandasset, ut prius reci-  
peretur cessio bonorum. Ad idem tex. in c. Perve-  
nit, supra de fidei iur. nam ibi clericus non cessit bo-  
nis, sed tantum fuerunt assignati creditoribus re-  
ditus beneficij detinendi usque ad satisfactionem  
debiti, sicut in c. Olim, §. secundo de res. spoliar. ex-  
peditatus fuit ille Episcopus quousque potest sol-  
vere, nec ibi, nec alibi reperitur iure cautum, ut  
clericus necessitatem habeat cedendi bonis: imò  
iura præallegata oppositè probare videantur. Sa-  
tis est igitur ut clericus in totum, vel pro parte non  
pos-

possit solvere absque eo quod bonis cedat. Et ita  
per hæc motiva firmat Abb. hic n. 8. & 9. post. med.  
vers. in glof. final. post Anchar. & Imol. & hoc dicit  
esse tutus, & frequentius Covar. var. resolut. lib.  
2. a. 1. n. 9. Menoch. alioscitans de arbit. cas. 183.  
n. 29. & de magis communi testatur Farinac.  
quest. 77. num. 66. & est ex mente Hostien. hic n.  
59 32. in ver. Recognoscens, Adde quod et si cessio  
bonorum infamiam non irroget, sigillat tamen  
statum cedentis, saltem quantum ad infamiam faci-  
li, ut notat Hostien. in c. Quidam, num. 6. vers.  
Nam si cessio de re nunc. dicens cedentem videri in-  
famem, saltem de facti, licet non de iure, l. 1. &  
fin. C. Quod boni. ced. poss. & l. Debitores, C. quibus ex-  
caus. inf. in iur. quia dicunt homines, quod diffi-  
cator est, nec invenitur de facili mutuantem: &  
60 cum Hostien. concordat collect. hic n. 2. & eò ma-  
gis, quia alibi fit cessio mirabiliter non sine in-  
famia, & vituperio percutiendo lapidem fortiter  
cum natibus denudatis, ut refert idem collect. n. 7.  
Item ut dicit Imola, n. 29. in fin. vers. Adde quod  
de iure in aliquibus locis de consuetudine, vel ex  
forma statuti fit cessio satis vituperosa, quia cū so-  
61 no tribu in loco publico cum intervallo, & abique  
farabulis cedens percucit quemdam lapidem cum  
posterioribus dicendo, ceda bonis, & ita refert Cy-  
nus, in l. 1. n. 5. in fin. C. qui boni. ced. poss. subdens,  
quod Romæ fit super quemdam Leonem marmo-  
reum, qui est penes scalam Capitolij. Et Pius IV.  
in sua constitutione 39. Cupientes, et ra die 1. Novem-  
bris 1561. in Bullar. tom. 2. pag. 54. ut debitores  
ad fraudibus, & subterfugis si non Dei, saltem  
ignominia timore abluant, statuit ut quam-  
cumque alternativam significationem, vel aliam  
quamcumque dilationem etiam secundum cap.  
Pervenit, vel Odoardus, seu inhibitionem aliquam  
ab Auditore Camere, vel aliis Urbis iudicibus  
petere non possint, nisi se coram illis birretum  
viride gestando presentaverint, & medio iura-  
mento promiserint per se, vel ipsis absentibus,  
per suos procuratores deferre ipsum birretum pu-  
blice, & secrete sub pœna suspensionis per urbem  
pro prima vice, & triennium pro secunda, qua  
sine ipso reperit fuerint: alioquin alternativæ, &  
dilationes quæcumque etiam secundum juris for-  
mam nullæ sint, & ipsi debitoribus etiam cleri-  
ci sine, nullatenus sustineantur. Id ipsum ferme  
statuerat Paulus IV. ut refertur in prædicta Con-  
stitutione Pii IV. Sed neutra servatur in praxi,  
63 saltem quoad clericos. Et de iure communi abs-  
que gravamine famæ, & alia injuria corporali si-  
ne alia solemnitate sufficit simpliciter, ac nudo  
verbo coram Iudice bonis cedere, l. In omni, & l.  
fin. C. Quod boni. ced. poss. secundum Hostiens. Collect. &  
& Imol. locis citatis & Cyn. in l. Si debitor, Cod. Ex  
quibus causis infam. irrog. Et durum esset clericum,  
qui forte nulla sua culpa sed fortunæ injuria ad  
inopiam redactus est, arcere ad cessionem bono-  
rum cum infamia saltem facti, & sine dedecus Ordinis  
clericalis, Præterquam quod si clerici ad hoc  
tenerentur, non essent meliores conditionis, quam  
merè laici, nec procederet æquiparatio inter eos,  
& milites armæ militiæ, qui ut initio diximus,  
n. 19. hoc privilegio potuntur.  
64 Nonò requiritur, ut ad pinguiorum fortunam  
non devenierit, ut patet in fin. tex. Nam debitoris  
inopia, & impotentia solvendi non extinguit sub-  
stantiâ obligationis, sed suspendit illius effectum

in tempus prosperioris fortunæ: & ita civilis, &  
naturalis obligatio remanet, sed est inefficax du-  
rante inopia, l. 1. c. Qui boni. ced. poss. Quare inopia  
cessante solvere debet. l. si qui, la secunda, ff. de cess.  
bonor. non tamen in totum, sed in quantum face-  
re potest, ut dicitur in d. l. si qui habita scilicet  
ratione ne egeat: non enim est fraudandus ali-  
mentis quotidianis, l. Qui boni. ff. cod. l. in con-  
demnatione, ff. de reg. iur. ubi dicitur in condem-  
natione perionarum, quæ in ali, quod facere pos-  
sunt damnantur, non totum, quod habent extor-  
quendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne  
egeant: Ellet enim inhumanum, fortunis suis spo-  
liatum in solidum damnari: que sunt verba text.  
in §. ult. infra de action. Et ita hic tenet glof. ult. Ho-  
stien. n. 8. Jo. Andr. n. 6. Butr. in 1. ver. & n. 3. &  
n. 14. Cardin. in 2. quest. circa fin. vers. in glof. 3.  
Anchar. in 2. not. Imol. n. 1. & Abb. in 3. notab.  
Nec aliquis discrepat, Rota de off. 3. q. 1. n. 5. de re  
iust. in antiq. Castador. de off. 1. num. 1. de re  
66 script. Vetunt tamen semel admittus ad beneficiū  
hujus c. & postea factus locupletior, si rursus in  
paupertatem incidat, non prohibetur iterum ad-  
mitti, nam & bonorum cessio potest reiterari, ut  
67 notat Paul. de Caltr. in l. ex contractu in fine C. de  
bon. auct. judic. possid. & ibi etiam Salicet, n. 2. ad  
68 fin. vers. Quare creditores.  
Decimò, & ultimò requiritur, ut præfeti do-  
neam cautionem de solvendo cum ad pinguiorē  
fortunam pervenerit, ut patet in fine text. ibi: re-  
cepta prius ab ea idonea cautione: id est fideiussoria,  
69 vel pignoratitia. Nam etiam nomine cautionis nu-  
dam promissio intelligatur, l. Sancimus, C. de verb.  
signif. tamen cum additur idonea, vel sufficiens, pi-  
gnorantia, vel fideiussoria intelligitur, l. Si man-  
dato Titij, §. ult. ff. de mandat. l. 4. §. Adij, ff. de fidei-  
com. liber. §. Vendera infra de ver. divf. glof. in c.  
fin. in ver. Cautionem idoneam, supra de pignur. Quod  
si nec fideiussoriam dare possit, factus erit, ut det  
juratorium, arg. l. 2. §. Sed si dubitetur, ff. de iudic.  
cap. Per vestras infra de donat. inter vir. & uxor. auct.  
generaliter, C. de Episcop. & Cler. & firmat glof. hic  
in ver. Idonea, Goffred. Vincen. & Philipp. rela-  
ti à Jo. Andr. n. 7. circa fin. vers. in glof. 4. Butr. n.  
13. Anchar. in ult. not. Pro hoc facit secundum  
Cardin. n. 6. & Imol. n. 17. vers. in glof. penult.  
quia potest dari casus, ut quamvis debitor non  
sit solvendo, tamen cum sit probata fidei, & bo-  
næ opinionis, & sine culpa sortuito factus sit non  
solvendo, verisimile sit ut inveniat qui pro ipso  
velint fideiubere. Verum Hostien. n. 7. circa fin.  
indistinctè intelligit cautionem idoneam, id est  
iuratorium, quia ex quo cedit bonis, satis notum  
est, ipsum non posse aliam exhibere. Faciat igitur  
quod potest; id est juret se solviturum cum ad pin-  
guiorum fortunam pervenerit, c. Faciat, 22. quest.  
2. & cum Hostien. transeunt hic Jo. Andr. n. 7. in  
fin. vers. Hostiensis dicit. Henrich. Boichm. 10. vers.  
Sed Goffredus, & n. 14. Abbas, & sequaces in summi-  
text. Covar. variar. resolut. lib. 2. c. 1. n. 9. & se-  
70 quuntur moderniores.  
QUÆRO, An possit renunciare beneficio ne  
quis conveniatur ultra quam facere potest.  
Hostiensis hic n. 8. vers. Quid sit patrum; con-  
cludit non posse renunciari si competat ratione  
personæ privilegiatæ, per l. Alia causa, §. Elegan-  
ter, & l. seq. ff. solut. matr. Efficit quod nomi-  
tur in cap. in glof. 2. infra de donat. Si verò ra-



73 rione contractus conceditur debitori tale privilegium, ut conventus non condemnatur ultra quam facere possit, sicut contingit in actione pro socio, vel tutela: bene poterit renunciari, ut l. *Virum*, §. 1. & seq. ff. Pro socio, & l. *si convenit*, & ibi nota: glos. unic. & l. *preceden.* ff. de re judic. secundum Holt cum quo concordant hic Jo. Andr. n. 9. vers. *Quid si habent*. Butr. n. 15. Cardin. n. 9. Anchar. n. 8. Imol. n. 22. & Jo. de Anan. n. 20. Unde sequitur, ut clericus minime possit huic beneficio renunciare, cum ei competat ratione personae privilegiatae, & tamquam militi caelestis militiae, ut dictum est supra num. 19. & ne cogatur mendicare in opprobrium Ordinis clericalis, arg. c. *Diaconi*, circa medium, vers. *Mendicatus infelix clericus*, 93. dist. in clerico tradunt in specie Barbosa in d. l. *Alia*, §. *Eleganter*, ff. solut. matr. Cor var. var. resolut. lib. 2. c. 1. n. 38. & alii Recentiores. Confert quod notat Bald. post Jacob. de Butrigar. in l. 1. n. 12. circa medium, vers. *Item tres sunt casus*. C. *Qui bon. ced.* post ubi dicit beneficio cessiois posse renunciari quando conceditur jure contractus, secus vero quando conceditur propter reverentiam personae, per d. l. *si venerit*, ff. de re judic. Et haec vera in renunciacione expressa; secus vero in renunciacione tacita, quae fit per actum contrarium, ut cum clericus pertinaciter negat debitum, vel non vult praestare cautionem de solvendo, cum ad pinguiorem fortunam pervenerit, vel quid simile: quia tunc ex tacita renunciacione, & juris ministerio privatur beneficio hujus cap. ut idem Bald. notat in d. l. 1. n. 14. & filius dictum est supra n. 36. Et est simile in privilegio fori, cui expressè clericus renunciare non potest, c. *si diligenti*, de for. compet. & tamen potest renunciare tacite per actum contrarium, ut si habitum, vel tonsuram non deferat, vel Ecclesiam non inserviat, ad praescriptum Concilii Tridentini, c. 6. sess. 23.

74 Sed major est difficultas, quid si beneficio hujus c. clericus renunciaverit cum juramento, nunquid renunciatio teneat?  
Pro faciliiori solutione observandum est beneficium hujus c. habere duos effectus. Primus est ut clericus, qui non est solvendo, pro debito civili non deturatur in carcerem, juxta notata in l. 1. c. *Qui bon. ced.* post. Secundus est, ut non condemnatur nisi in quantum facere potest habita ratione ne egeat, ut hic. & in l. *is qui*, la 2. ff. de cess. bon. cum aliis supracitatis n. 65. Quantum ad primum effectum carceris absolutum est renunciacionem non tenere, licet juramento firmatam; quia hujusmodi renunciatio, seu pactum est contra bonos mores, ut notat Cyn. in l. *Qui bonis*, n. 11. c. *Qui bonis ced.* post. Ergo juramentum illi adjectum non ligat, c. *Non est obligatorium*, de reg. jur. lib. 6. quia contra naturalem aequitatem est carceris aequalior, ut notatur in glos. ordin. in d. l. 1. c. *cod.* Et ex hoc sequitur inhumanitas, & crudelitas sine ipsius commodo, ut l. *Servus ad. ff. de serv. expor.* Nihil enim interest creditoris debitorum inhumaniter vexari, & in carcere mori, l. *Reverentis* ff. de solut. & liberi hominis caro, & eorum non possunt esse in obligatione, l. *Inter stipulantes*, §. *Sacram.* ff. de ver. obligat. Unde cum renunciatio debitori noceat, & creditor non proficit, non debet valere, cum ex hoc creditor sit caninus, & veniat contra praecipuum cha-

75 ritatis, arg. l. *fin. ff. de erit.* l. *Non tantum*, ff. d. appellat. quia deducit ad illicitum, vel saltem potest deducere, arg. eorum, quae notantur per Archid. in c. *Quamvis*, super ver. *Aeterna salutis*, de pactis, lib. 6. Rursus carcer est species servitutis, cum deroget libertati, l. 2. ff. de liber. hominis. exhibiton. l. *Titio centum*, §. *Titio* tit. 2. ff. de condit. & demonstrat. Renunciatio autem, per quam pervenitur ad infringendam hominis libertatem, non valet, l. *Nec si volens*, ff. de liberal. caus. Item hinc sequeretur, ut debitor sic detrusus non posset audire divina officia, nec ecclesiastica recipere Sacramenta pro libito voluntatis, nec audire praedicationem verbi Dei, unde forsitan ad infidelitatem reduci posset; quare talis renunciatio, quae posset in peiore statu deducere, non potest vinculari juramento ex iis, quae notat Archid. loco citato. Et ita hunc primum effectum carceris renunciacionem juratum non valere, cocludit Bald. in l. 1. n. 13. vers. *Tu concordas istas opiniones*. C. *qui bon. ced.* post. & Rota decis. 31. num. 1. cum seqq. & n. 5. col. 3. post princip. vers. *Quantum vero ad effectum primum non deturatur in carcerem, de sent. & re judic. in antiq.* Similiter quoad secundum effectum, ut debitor non condemnatur ultra quam facere potest, licet in personis non privilegiatis articulus sit valde dubius, per ea, quae notant Cynus, & Bald. loc. cit. & Rota in d. decis. 31. n. 4. & 5. nihilominus in Clerico tenendum est hujusmodi renunciacionem non validari juramento, quia privilegium hujus cap. Ne clericus conveniantur, nisi in quantum facere possunt, indultum est eis ne cogantur mendicare in opprobrium ordinis clericalis, & sic in reverentiam tam personae ipsius clerici, quam totius ordinis, ut dictum est supra; & consequenter ei renunciari non potest etiam cum juramento, sicut nec privilegio fori, ut est text. in c. *si diligenti*, & ibi notant omnes supra de foro compet.

76 Praeterea quantum privilegium ne quis conveniatur nisi in quantum facere potest, competit personae, cui debetur reverentia, ut sunt clerici, tunc pactum ut quis conveniatur ultra quam facere potest, est contra bonos mores, ut ad litteram dicitur in d. l. *Alia causa*, §. *Eleganter*, ff. solut. matr. Ergo non firmatur juramento, ut 22. q. 4. per tot. & d. c. *Non est obligatorium*, & ita in terminis censuit Rota in praell. decis. 31. n. 5. col. 3. circa princ. vers. *Nec obstat ad hoc, & eadem cal. circa fin. vers.* Nec hoc est contra bonos mores, de sent. & re judic. & decis. 2. num. 2. de Arbitr. in antiq. & ad litteram hanc opinionem tanquam humaniorem sequuntur Canonistae hic, ut inquit Bald. in d. l. 1. n. 13. vers. *Et hanc opinionem*. C. *Qui bon. ced.* post. & fuit opinio Dyni in d. §. *Eleganter*, cum quo tandem relidet Cyn. in d. l. *Qui bonis*, num. 10. circa fin. vers. *Et idem sine dubio sententia Dyni videtur humanior.* & Jacob. de Beluis, in Auth. de fideiuss. §. *Quod autem*. Collect. hic num. 9. Brun. in tract. de cess. bon. quest. 3. princip. num. 17. quicquid contra scripserit Molin. in tract. de contrah. dispur. 57. n. 16. Jo. Gurtier in tract. de contrah. jurat. par. 1. quest. 17. n. 34. in 6. tom. tract. divers. par. 2. fol. 66. & Carol. de Grass. de esset. clerical. esset. 7. n. 21.

77 Verumtamen si clericus beneficiatus consenserit reservationi pensionis, non gaudebit beneficio hujus c. contra pensionarium, quia ex quo ejus

78 consensu inest juramentum, & obligatur in forma Camerae, non est honestum, ut postquam habet beneficium, ad cuius regressum se obligavit ob non solutionem, juvetur exceptione hujus cap. Odoardus, quia potius debet dimittere, & restituere beneficium, quod accepit: non enim convenit, ut beneficium recineat, & pensionem non solvat; alias illi facile daretur occasio, & ania peierandi. Nec isto casu si denegatur illi auxilium hujus cap. fit et injuria, Vulgat. c. *Scienti* de regni. jur. lib. 6. & quia juramentum est personale, debet per ipsum juramentum impleri in forma specifica, c. *Debitores*, & c. *Ad nostram*, de iur. jur. Secus vero si beneficium succederit in beneficio gravato, nec per se ipsum consenserit reservationi pensionis, quia tunc praedictae rationes non militant; & ideo juvabitur beneficio hujus cap. Sicut in simili de stylo Rotae, & Curiae quando quis consensit personaliter reservationi pensionis sub solitis censuris, & poenis, illas censuras, & poenas incurrit, si in tempore non solvit etiam linealiqua alia litterarum intimatione; §. *secus* vero si non consensisset, aut per alium praestitisset consensum, tunc requiritur intimitio, prout judicavit Rota tunc Cassad. decis. 12. de rescript. Et ita in terminis beneficii hujus cap. declarando styllum Signaturae distinguit Sarnen. super regni. Cancellar. in compend. utriusque Signaturae, quest. 16. num. 88. & 89. fol. 87. a tergo, & in reg. de Annali. quest. 53. ad fin. & sequuntur Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 9. sub vers. *Quoties*, ibi, *Vnde si quis consensit*. Gigas, consil. 111. num. 3. & 5. & in tract. de pens. quest. 10. num. 3.

DE DONATIONIBVS.

Cap. Prudentes.

S V M M A R I V M.

- 1 **L**iberalis in donando existimat se debere quod donat.
- 2 Promittentes aliquid donare, illud tamquam debitum adimplere tenentur.
- 3 Donare est proprium animi nobilitas.
- 4 Nobilitas intelligitur non solum generis, sed & animi, & morum.
- 5 Donatio proprie dicitur cum aliquis dat non aliam ob causam, quam ut liberalitatem exerceat.
- 6 Legem potest aliquis sibi imponere, a qua non liceat recedere.
- 7 Donatio perfecta revocari non potest nisi in casibus hic expressis.
- 8 Donans uni Ecclesiae bona, quae supersuerint, tempore sui obitus, an possit in praedictis bonis aliam Ecclesiam sibi heredem instituire, & n. seqq. usque in finem.
- 9 Donans bona, quae acquisita reperirentur tempore sui obitus, censetur reservasse sibi facultatem disponendi de bonis donatis.
- 10 Haeres rogatus restituere quicquid supersuerint tempore sui obitus, potest alienare bona fideicommissa subiecta, reservata tamen quarta parte fideicommissarii, & n. 26.
- 11 Donatio bonorum, quae acquisita reperirentur tempore obitus, includit duplitem conditionem.
- 12 Legatum rei, quae mea erit cum moriar, extinguuntur.

Prosp. Fagnan. in 3. Decretal. Tom. 4.

- 13 **V**erba, quae reperirentur, sive qua reperirentur tempore obitus, faciunt legatum se obligavit nisi utraque conditio adimpleatur.
- 14 Donatio perfecta per testamentum rescindi non potest.
- 15 Secus si donatio sit condicionalis.
- 16 Donans bona, quae reperirentur tempore sui obitus, an possit de illis disponere in ultima voluntate, & n. 26.
- 17 Ultima voluntas effectum non sortitur nisi post mortem, & n. 20.
- 18 Alienationis verbum comprehendit etiam hereditum institutionem.
- 19 Testamentum in vita testatoris ordinatur, & perficitur.
- 20 Donatio inter vivos dicitur perfecta, licet effectus suspendatur in tempore mortis.
- 21 Idem in donatione causa mortis.
- 22 Donator, qui reservavit sibi facultatem disponendi in vita de bonis donatis, potest illa testamento relinquere.
- 23 Alienatio in ultima voluntate dicitur favorabilior, quam inter vivos.
- 24 Mitius agitur cum eo, qui ex mera liberalitate convenitur, quam qui ex debito.

**P**RUDENTES. Duos recipit intellectus secundum Abb. Juxta primum hoc intendit Liberalis in donando existimat se debere quod donat. Juxta secundum, Promittentes aliquid donare, illud tamquam debitum adimplere tenentur. Hoc dicitur, Host. Intelligebat Decretalem in facientibus elemosynam, maxime de bonis Ecclesiae superabundantibus: item in donatione, quam Imperator facit Ecclesiis, ubi sola inmentitas est mensura, ut in Auth. de non alienandis, §. *Sin minus*, collat. 2.

- 3 Nota primo ibi, *Nobilitas*. Donationem procedere a nobilitate animi: nam proprium animi nobilitas est donare. Facit text. in l. *Qui saxum*, §. *final.* ff. de donat. & quod donatur in c. *Grandi*, de supplen. neglig. Prelator. lib. 6. & nobilitas intelligitur non tantum generis, sed & animi, & morum, secundum Holt. hic in princ. in ver. *Nobilitas* Jo. Andr. num. 1. & in eodem ver. & Abbatem n. 2.
- 5 Secundò nota ibi, *sponte*, quod sponte datur, donationem appellari, secundum Anchar. hic n. 3. quia donari dicitur id, quod nullo jure cogente conceditur, l. *Donari*, ff. de donat. Et proprie donatio dicitur cum aliquis dat non aliam ob causam, quam ut liberalitatem, & munificentiam exerceat, l. 1. ff. eodem. Hostien. in summa tit. de donat. §. 1. In necessitate autem nemo liberalis exiit, l. *Rem legatam*, ff. de annis legat.
- 6 Ultimo nota ibi, *legem imponit*. Possit aliquem sibi legem imponere, a qua non liceat recedere, ut c. *final.* infra eodem, vel ex causa non implenti, ut l. *Generaliter*, C. de revocandis donat. vel per supervenientiam liberorum, ut l. *si unquam* C. eodem.
- 8 **QUAERO**, An donans bona, quae acquisita reperirentur tempore sui obitus uni Ecclesiae, possit in dictis bonis aliam Ecclesiam sibi heredem instituire.

Cc Vide-